tempore & tragoediam z historiā scriberet. 1. non cantet in the  
atris tradita a te tragedia. dum occuparis historia. actus publi  
cos referrendo. Cecropio atheniensi. thespis. n. apud athenas.  
prim⁹ tragoediā frequētasse dī vsu cōthurnoꝝ vt sola sophocleo  
t. c. p. c. Pręsidiuz. r. fuit enim vt caudicus pollio & defensiōꝝ  
reis frequenter ipendit. Et consulenti. hoc est curię das expect  
anti a te consilium. Cui laurus. laurū hic pro victoria posuit.  
Salomas. n. pollio dalmatiaꝝ cępat ciuitatem. vñ & filiū suum eo  
q̄b natus sibi erat. solonium appellauit. quīs & laurus poetę cō  
ueniant. naz & carmina faciebat. Virg. pollio & ipse facit noua  
carmina. Iaz nunc minaci. laus relationis tanq̄ hic quę scriberet  
ita cōmendaret: vt se auditor crederet interasse. Fugacis. t. e.  
iut veloces aut splendoreꝝ pauescētes armoz. Equitūq̄ vult⁹  
vt etiā hōines terreret fulgor exercitus vñ videor audire. id ē  
videtur mihi vt audiam aut ipsos concionantes duces aut refe  
rentes de ducib⁹ polliōe. Nō in decoro glorioso puluere bellico  
sordētes. Atrocē cōstātē. Portis. n. cato apd vtiā elegit poti⁹  
iterire q̄ in hostiū potestātē venire. Iuno. ordo iuno & q̄sde  
oz aicior afris ipotēs cesserat iulta tellur̄ reddidit iferial iugur  
thę. Nepotes. victorū sub romāorū q̄ carthaginē vicerāt. Quis  
quis agunt tāq̄ ciuilia bella. q̄ postea gesta sunt i africa ad vindi  
ctam africę supatę iunonis ira vel deorum fecerit commoueri  
Iugurthę hannibalem intelligi voluit in commemoratione iu  
gurthę. aut certe quia i africa multi pōpeiani tēpe belli ciuilis oc  
ciū sunt. Quis nō latio sanguie romanorū sanguine testat sepul  
chris. Repletis. lucan⁹ totoq̄ exercitus orbe te vincente perit.  
Auditūq̄ medis p̄ cladis magnitudie dicit. bella ciuilia et̄ persis  
audita. vt Virg. Europe atq̄ asię fatis cōcurrerit orbis. Audit  
z si quos tell⁹ extrēa r̄fuso sū mouet oceāo. Qui gurgēs gurgitē  
p̄ mari dixit vt apparēt rari nātes i gurgite vasto. Daunię apu  
lię a dauno rege. s; p̄ apuliaꝝ ois italia accipiēda ē. i qua sanguis  
effusus ē romanorum. vel quia p̄ adriaticuz mare de brundisio

Thespis

Salommus

Virg

Lucanus

Virg

cesar pfectus ē Pōpeū sequens Lucanus. Brundisium dirimi  
iubet hanc attingere castris. Non decolorauere. a pprio colore  
mutauer̄ Lucanus tū primū rubuit ciuili sanguine dextra. Ora  
ps regionis aut terre. Sed ne relictis. 1. ne cū lyrico carmine ap  
tiores sint iocis. i probe faciat musa si lugubria misceat. Ordo ē. s;  
tu musa procax petulans ne relictis iocis retractes munera ne  
nię cęz quę mecum sub dioneo antro nostro. s. lenire plectro  
Nenię carmen pro lugubre. quod mortuus dicebatur. quod <sup>unc</sup> nē  
gręce epithaphion appellat. quod Symonides gręcus poeta ly<sup>unc</sup>  
ricus primus iustituit a cęa insula oriundus. vnde z cęz nenię po  
sūt. de q̄ Virg. Cui pingui a cęz. PORPHYRIO

OTVM. Ex metello cōsule ciuicū belliq̄. Hac ode  
ad asiniū pollionē consularē virz & triumphalē scripta  
est. q̄ hortat euz vt omisso tragoediaꝝ scribendaruz stu  
dio ichoatum historie cōsumet. Ac p̄ inde. τὰ παρὰ βαρπ. 1. in trāf  
latione belloꝝ ciuiliū pollio historiā belli ciuilis ac lentuli z ma  
merci consularis cępti altius repetit. 1. a metello celere. & a. l.  
Aframio cōsulibus. Attende aut nō ciuile sed ciuicuz dixisse. an  
tiqua figura. Illi. n. ciui & hostica. demde. ciuilia & hostilia  
dicebāt. Denominationes aut hę ferę libere sunt apud doctos  
& notū p̄ bello posuit. Ludūq̄ fortunę. hoc ē q̄ res humanas lu  
dibrio habet. Et arma nō dū expiatis. 1. de q̄bus non duꝝ expia  
ti. 1. loti cruores sint ergo itelligi vult pene ad buc i manibus eē  
arma ciuilia. Solent aut vngi arma cū post belli trāfactum repo  
nenda sunt. Ordo ergo ē. nō duꝝ expiatis cruoribus. Periculose  
plenū op⁹ alez. Tractas & icedis p̄ ignes suppositos cineri do  
loso. Allegoricos ait ad buc odia belli ciuilis sub specię pacis oñ  
dit. Nec tutū eē hęc scribere. Paulū seuerę musa tragoedię desit  
theatris. Qm̄ iqt hęc scribere destinasti p̄ce tātis p̄ tragico stylo  
Seuerā aut tragoediā merito dicit q̄ tristia fer̄ sint argumta tra  
gediaruz. Mox vbi publica. 1. vbi historias quę publicas res cō  
tinent & ordinariis. id est descriperis. Insigne moestis p̄fidium  
reis p̄ q̄b signat z mestis fortissime eū causas eoz. i iudicis defē  
dere. z p̄terea prudētissia cōsilia i senatu dar. Cui laur⁹ eternof

Lucanus

Lucanus

Simonides

Virg

Decolorare

Epitaphio

Ciuiū

Hostica

Ciuile

Hostile



tragedie muer  
tor thespis

Thespis

honores Ideo h<sup>o</sup> d<sup>r</sup> q<sup>a</sup> pollio Salona vrbe ex dalmatis capta tri  
umphauit. Grande mun<sup>9</sup> Cecropio repetes. Cecropeo coturno  
iquit. quia apud athenienses primū ē scripta atq<sup>a</sup> acta tragedia  
fespio iuentore e<sup>9</sup> atq<sup>a</sup> actor. Iā nunc minaci murmure cornuuz  
Iā videor videre & audire ea q<sup>a</sup> historia refert. p<sup>o</sup> q<sup>o</sup> signat vim  
eloquentiē pollionē. Idem occisum i relatione pugna<sup>z</sup>. Ducer<sup>o</sup>  
fugaces tenet equos. p<sup>o</sup> velocibus accipe. Et i sermone bodieq<sup>a</sup>  
fugā p<sup>o</sup> velocitate dicim<sup>9</sup>. cū de eqs loquimur. Audire magnos  
iā videor duces. Ambiguū vtrū. n. ipsos duces cōcionantis audi  
re se dicat. An pollionē de duibus narrantē icertum ē. Puluer<sup>o</sup>  
sordidos n̄ q<sup>o</sup> si puluere bellico pulueratos Preter atrocē aimum  
catōis. M. Portū catonē signat q<sup>a</sup> vtiq<sup>a</sup> maluit se iterficere imi  
nente cēfare. quā i potātem ei<sup>9</sup> venire. Iuno & deoruz quisquis  
aictor apbris. Sens<sup>9</sup> ē Iuno & quicunq<sup>a</sup> alii dii carthaginensibus  
fauerāt vltionē vasti apbricē ex posteris eoruz q<sup>a</sup> eā vastauer  
runt nunc rēperunt. Impotens autē nō potens. Idem ad icitos  
sine virtute intelligendū. Retulit inferias Iugurthē Nunc lati  
us intelligit. i. oibus. Quis n̄ latio sanguie pinguior cāpus. Cā  
pus null<sup>9</sup> ē cāpus q<sup>a</sup> non sepulchris romanorū bella ciuilia fuisse  
& sanguine romano pingue factū se ostendat. Auditūq<sup>a</sup> medis  
hesperie sonituz ruinē. De superiore ondat. sic. n. intelligendum.  
Quis n̄ cāpus sepulchris testatur impia plia sonitūq<sup>a</sup> hesperie. que  
ēt audierūt sonituz aut ruinē mēdos audisse. i. super orbē trā  
silire per h<sup>o</sup> hyperbole intelligendum. Cui<sup>9</sup> sensus ex subiectis  
magis illustratur q<sup>o</sup> dixerit. Quis gurges aut q<sup>a</sup> flumina Iugu  
bris Ignara belli q<sup>o</sup> mā dauniē nō decolorauere cēdes Daunia  
a danno rege Apulie ac per hoc Italiē ac deinde Romanē intel  
ligendum. Sed ne relictis musa procax iocis cē retractes mu  
nera nemi. Nenia lugubre carmē ē q<sup>o</sup> in mortuos cantatur. Sy  
monides autē ex cēa insula lyricus poeta. Ἰπὸ Ἥροισι Idē plāt<sup>9</sup>  
optimē descripsit. In cēaz neniā apellauit. Sensus ē autem cuz ly  
rico carmini aptiores ioci sint. procaciter egeris o musa si Iugu  
bria poti<sup>9</sup> dioneo modulata plectro fueris q<sup>a</sup> nenia quē leuori  
b<sup>9</sup> modulus aptantur

Nenia

Simonides

Ad Salustium.

Vllus argento color est avaris  
Abdito terris inimice lamne

Crispe salusti nisi temperato  
Splendeat vsu.

Viuert extento proculius quo  
Notus in frēs animi paterni.

Illum aget penna metuente solui  
Fama superstes.

Latius regnes audum domando  
Spiritus q<sup>a</sup> si libyam remotis

Gadibus iungas vt vterq<sup>a</sup> poenus  
Seruiat vni.

Crescit indulgens sibi dirus hydrops.  
Nec situm pellit nisi causa morbi

Fugerit venis & aquosus albo  
Corpore langor.

Redditum cyri solio phrabaten  
Dissidens plebi numero beatorum

Eximit virtus populūq<sup>a</sup> falsis  
Dedocet vti

Vocibus regnum & diadema tutum  
Deferens vni propriamq<sup>a</sup> laurum

Quisquis ingentes oculo inretorto  
Spectat aceruos.

ACRO.

VLLVS. Auarē terre dicuntur cum in se recu  
piunt quod non ampliore reddunt foenore. Salustiū

Crispuz alloquit historio graphum equitem Roma  
nū Augusti aicū liberalitatē z magnificentiā e<sup>9</sup> aimi

describēs argētū aut p<sup>o</sup> pecūia abdita i thesauris dixit. Sē<sup>9</sup> aut  
hic est diuitiarum splendorem nullum esse nisi honeste in vsu

Proculius



*Iuuenalis* fuerit conuerſe avaris autem recondendo crescat ſola cupiditas  
vt Iuuenalis. Crescit amor nummi quantum ipſa pecunia crescit  
Vnde etiam hydropi morbo comparauit hoc vitium qui nimis  
etate ſitis & potus deſiderio crescente egritudine interius au-  
getur. Lamina pro infabricata & rudi maſſa argenti poſuit. q̄  
obſcuratur ab avaris celata. & vult intelligi Saluſtium non oc-  
cultare diuitias. Temperato vſu moderato Viuet extento. p. 9.  
1. in perpetuum vt viuus per ora hominum feretur proculius  
enim equitem romanum laudat amicuz Auguſti. qui pius ſic er-  
ga fratres ſuos Scipionem z inurenam fuit. vt cum ſpoliatis fra-  
*Scipio* tribus bello civili patrimonium ſuum non ex integro diuideret  
*Murena* quod cum eis antea diuiferat. Animi paterni qui paternum fra-  
tribus impenderet amorem. Illum aget ducet per noticias om-  
nium. Fama ſuperſtes. quod boni facti fama perpetua ſit. nec  
penna eius hoc eſt voluntas ad poſteros ſolui poſſit. Volare. n.  
fama etiam virg. ponit. vt fama volat pulſum regnis ceſſiſſe  
paternis. Latus inquit regnes cupiditatem vincendo. q̄ ſi per  
vniuerſum orbem poſſeſſiones extendas. Gades autem oppidū  
eſt in hispania a poenis conditum aut quia in parte aſricę pon-  
tur quicquid freto aut gadibus ſepatur. Ideo vtrunq; poenum  
dixit. locis diuifuz. vel certe quia carthago & in hispania ē quā  
ſparthariam vocant. Vterq; p. & orientalis z occidentalis Afri-  
*Carthago in ſpanię ſpartaria*  
*uocatur* canus. Indulgens impendens. Vt indulget vino & vertūt crate-  
ras abenos. Hydrops ſubcutaneus morbus de vitio veſicę nat⁹ cuz  
anbelitu fetido. & inſiatiōe turgente eſt autem hydropico p-  
priū. vt quanto amplius bibit. tanto amplius ſitiat. Albo pal-  
*Hydropici diſſinitio* lenti. vt perſius Turgidus hinc epulis atq; albo ventre lauatur  
*Perſius* diſſuſus enim humor omne inſicit corpus. Sensus ergo eſt ſicut  
ſitis niſi gr̄itudine victa non tollitur. Ita avaritia z cupiditas  
non ſatiatur niſi & ante animo inſanitatē continentię reuoca-  
*Cyrus* to. Cyri Cyrus qui primus regnauit i perſide. Phrabaten rex  
*Phraates* Perſarum Cyri filius hic a parentibus deſtitutus regno pulſus  
eſt. & ab bragmanis phis indorum ſuſceptus & educat⁹ poſtea  
regno redditus magno iuſtitię & continentię documento geſſiſſe

*Fama uolat & pennas ht*

*Gades*

*Carthago in ſpanię ſpartaria*  
*uocatur*

*Hydropici diſſinitio*

*Perſius*

*Cyrus*

*Phraates*

imperium. Alii dicunt ei ab antonio ademptum imperium & Antonius  
auguſtum poſtea reſtitutum. Vult ergo ostendere nō ſicut vul-  
gus putat. Beatam vitam regnum aut diuitias facere: ſed ſapiē-  
tiam. Diſſidens diſcrepans virtus nec habens aliquid cum ſapiē-  
tibus & plebe cōmune. Ordo eſt. virtus beatorum. id eſt ſapiē-  
tia. que non eſt apud plebez diſſidens numero. & a plebe exiit  
phrabaten redditum ſolio cyri. & regnum z tutum diadema de-  
ferens vni propriam laurum dedocet populuz vt falſis vocib⁹  
quiſquis ingentes aceruos & in retorto oculo. nam quaſi & ſu-  
periora exponendo hoc dicit Dedocet. dedocere cupit deſueſcit  
id eſt aut deſuadere populo beatum dicere eum: qui diuitis vt  
tur. aut certe loqui falſum. propter hoc q̄b factiōe eiectus &  
phrabates ſigno ſit. Lauruz pro laurea. hoc eſt pro ſpeciali glo-  
ria. que non virtute exercitus ſed prudentis continentię perpe-  
tua debetur. In retorto. id eſt in reflexo a iuſticia vel a continē-  
tia oculo ad cupiditatem. Aceruos. pecunię cumulos. Virg. In *Virg*  
gentem farris aceruum.

PORPHYRIO.

VLLVS. Argenti color eſt avaris. Hac ode Saluſti-  
um Crispum equitem romanum Auguſti amicum allo-  
quitur. qua libertate magnificentiaz animi eius deſcri-  
pſit. Argentum abdituz pro pecunia recondita in theſauris dix-  
it. diuitias & eſt ſensus diuitiarum. ſplendor nullus eſt. niſi honeſ-  
ta ratione fuerit in vſu. Inuicę lamne. lamna pro rudi & infa-  
bricata materia poſuit. per quod ſignat non libenter habere ab-  
ſconditas & ſine vſu diuitias. Viuet extento proculius quo.  
Proculius eques Ro. aicus auguſti cariffimę pietatis erga fra-  
tres ſuos. etiam Scipionem *z inurenam* fuit. adeo vt bona ſua  
cum his equis ptibus diuiferit. q̄a illi bello civili erant ſpoliati.  
Viuet extento proculius quo. Ecce inquit proculius qui libe-  
ralis in fratres ſuos fuit. eternam ſibi per hanc pietatem memo-  
riam parauit. & per omne ſeuum fama eius extincta eſt. p̄ quaz  
ſemper volat. Illuz ait ſolui metuente penna fama ſuperſtes. Sic



Gades a poenis conditū  
Carthagine poeni condiderunt

intulit fama supstes poeta q̄ i fama illū agit penna sua quē ab il  
lo nō soluit. nā semp volat. Latius regnes auidū domando spūz.  
Latius inquit possideas auaritiā animi cōpescens. quam si pcon  
tinues in hispaniā alibya possessiones. Gadibus iungas. Gades  
oppidū in hispania a poenis cōditū. Vterq; poenus g<sup>o</sup> inquit qa  
carthaginē sicut gadē poeni condiderunt. Et aquosus albo corpe  
langor. bella conceptione aquosus langor. vδ ς ω ψ. Dicit autēz  
album corpus. p pallido dictū est. Reddituz cyri solio pbraba  
ten. pbrabates inquit qui i regnū psarum restitutus est. non ē i  
numero beatorū. sicut vulgus putat. Nec. n. regnū aut diuitiē  
beatos faciunt. Cyri solio regno psarū a rege cyro qui in persi  
de regnauit. Dissidens plebi numero beatorum eximit virtus.  
pbrabaten eximit numero beatorūz virtus q̄ plebis nūero dis  
sident. hoc est q̄ virtus. Id est sapientia non ē apud plebē. Po  
pulūq; falsis dedocet. vti. dedocet p dedocere cupit. i. dissuaderē  
populo beatū dicere eū qui regnum & diuitias possideat. quia  
falso hoc dī solūmodo illū & diuitez & regē & securū esse affir  
mans. qui diuitis alienis non inuideat. nec eas concupiscat Pro  
priamq; laurūz. laurūz pro laurea. p h<sup>o</sup> g<sup>am</sup> intelligamus. Pro  
priam autē ppetuā oculo in retorto. hoc est oculo non inuidenti.

Ad Delium.

Quā memēto rebus in arduis  
Seruare mentē nec sec<sup>9</sup> i bonis  
Ab insolenti temperatam  
Lēritia moriture deli.  
Seu mestus omn itempore vixeris  
Seu te in remoto gramine per dies  
Festos reclinatū bearis  
Interiore nota phalerna.  
Quo pinus ingens albaq; populus  
Vmbra hospitalem consociare amant  
Ramis & obliquo laborat  
Lympha fugax trepidare riuo.  
Huc vina & vnguenta & nimū breues

Flores amoene ferre iube rhosē  
Dum res & etas & sororum  
Fila trium patiuntur atra.  
Cedes coeptis saltibus & domo  
Villaq; flauus quam tyberis lauit.  
Cedes & extractis in altum  
Diuitis potietur heres.  
Diues ne prisco natis ab inacho  
Nil interest an pauper & infima  
Degente sub diuo moreris  
Victima nil miserantis orci  
Omnes eodem cogimur omnium  
Versatur vrna seruis o cyus  
Sors exitura & nos in eternūz  
Exitum positura cymbē.

Inach<sup>9</sup>

ACRO.

EQVAM. Aequalem inmutabilē memento. i. ha  
beas moderationis ppositū semp in animo. Arduis vt sis in ad  
uersis talis qualis in prosperis. Ab insolenti. i. imoderate letaz  
siue inconsuetam. monendū est. n. seu tenax seu largus vixeris.  
reclinatus in bibendo resupinū & soluto a curis animo te beatū  
feceris. Interiore. n. vina seruanda reponunt. quib<sup>9</sup> ad vetusta  
tis indicū & tēpus quo conduntur ascribunt. Quo pinus ingēs  
q̄ magnitudine sua amoenitatē potantibus p̄stet. Albaq; p. In  
teriora. n. populi folia alba sunt vt bicolor. Conso. cōdensare &  
opacaz facer. Trepidare festinare. vt ne trepidate teucris. Huc  
ad nemora & pinus instrumenta cōiuiui. & voluptatū parētur.  
Rhosē genitiuus ē breuis aut cito transeuntis. z tēperate vt ip  
se superius z breue liliū. Res patrimoniū. Aetas iuuentas apta  
letitiē. Et sororū fila q̄ mortis admoneant & minenē. ideo atra  
vt virg. Extremaq; fila lanso parce legunt. Et domo oibus diui  
tis z amoenitate nisi in vsu sint carendū morte dicit. vt Iuvena  
lis. Dū tñ a figulis muro munuerit urbē. Sarcofago contentus  
erit. Teren. Dū vixit vixit bñ Extractis cōpositis. vt q forte

Virg  
iuuenalis  
Terentius



natus. fl. unde ductus

Mach?

Virg

Juena

Virg

Lucan?

Virg

rapetib9 altis Extractis i altum edificis. Ponetur. hic sens9 cū diuitis vsus non fueris tuis relictis hēres vtē. **Diues** ne. p. ni hil interest p9 mortē. **Vtr9** diues & generosus. an paup & huip gne. **Inachus** aut p nobilitate gnis posuit. **Rex**. n. arguorū inachus nobilissimus fuit. a q & fluuius qa in ipso mortuus ē nomē accepit. vñ & **Virg.** pro nobilitate & turno si prima domus rpe tat origo inachus achrisiusq pr. **Et** Iuuenalis de q̄cunq̄ volēs p auuz tibi sumito. **Sub diuo**. supra. n. intra diuitias z domū dixē rat. hic sub diuo posuit paupis mansionē. **Nil** miserantis iplacabilis. vt ignoscēda quidē scirent si ignoscere manes. **Cogimur** compelli mur. **Vt** tytire coge pecus. **Vrna** aut vbi fatū & cōditio vitē versatur. aut vrna vbi cineres colligebant. vt **Lucanus** Nunq̄ plenas plangamus ad vrnas. hic aut poetice p vrnaz qua si forte ad mortē ductos rapi dixit **Virg** Quēsitōr minos vrnā mouet. **Sors** exitura. ideo fortem quia vrnā dixerat. **Cymbē** videlicet ipositura est nos vt inēternū dirigat exilium.

**PORPHYRIO.**

**EQVAM.** Memēto rebus i arduis seruare mentē

**Hęc** ode ad. **Q.** deliū scripta ē de āimi equitate subitis bonis non esse gaudendū. nec malis desperanduz. s3 mediū tenorē sequendū. **Moritare** deli seu mēstus oī tēpore vixeris. **Seu** te in remoto gramine pdies festos reclinatuz bearis **In** hoc causam ondit curē. quo aio viuendū sit. qm. s. moriendum ē. **Et** si lasciuus & largus vixeris. seu te in remoto gramie. hoc est in secessu nemoris. **Reclinatuz** aut id ē resupinum recumbentez vt solent qui securiores & solido animo hoc faciūt. **Interiori** nota phalerni. hō ē vetustiore. qm interiores lagenē solent esse q̄ prius stipatē sunt q̄ obliquo laborat **lymp̄ha** fugax. **trepidār** riuo subaudiēb si ea n̄ vtamur. & ē totū admirabilē dcm. **Nūc** via & vngenta z nimū breues flores ferre iubē rosē huc. s. vbi hospitalez consociant est pinus & populi & vbi **lymp̄ha** fugax obliquo laborat **trepidare** riuo. duz res & etas sororū fila nunc patiuntur atra. hoc est & vnde & dum p etatem hęc debet facere.

& dum fata pmittunt viuere quę atra fila mortuoz tractant z sororum fila trium patiuntur atra. **Dum** fila atra sororum patiuntur inquit pro eo q̄ est dum ipse sorores patiuntur. hoc est parē quorū fila sunt atra. **Et** extractis in altum diuitis patiet hēres hoc ē quas tu in altum extruxeris ac per hoc magnas amplasq̄ feceris **Diues** ne prisco natus ab macho **Vtrum** diues inquit & generosus sis an pauper ignobilis. nihil interest. **Degen** te sub diuo moreris sub cęlo agas ac per hoc viuas omnū versatur vrna poetice hoc quasi sorte. s. dicti ad mortem. **In** positura cymbē. scilicet qua charon vmbas sepulcorum per acherontem In vltiora inferorum. scilicet transfert & hoc poetice.

Ad Xanthian.

**E** sit ancillę tibi amor pudori  
**Xanthia** phoceu. pri9 insolētē  
**Serua** briseis niueo colore  
**Mouit** achillem.  
**Mouit** aiacem thelamone natum  
**Forma** captiue dominum tegmese.  
**Arfit** atrides medio in triumpho  
**Virgine** rapta.  
**Barbare** postq̄ cecidere turme  
**Thessalo** victore: & ademptus hector  
**Tradidit** fessis leuiora tolli  
**Pergama** grais.  
**Nescias** an te generum beati  
**Phyllidis** flauę decorent parentes.  
**Regum** certe genus & penates  
**Meret** iniquos.  
**Crede** non illam tibi de scelesta  
**Plebe** dilectam neq̄ sic fidelem  
**Sic** lucro aduersam potuisse nasci  
**Matre** pudenda.

Phoceus

Briseis

Achilles

Aiax

Telamo

Tecmese

Hector

Phyllis



Brachia & vultum teretesq; furas  
Integer laudo fuge suspicari  
Cuius octauum trepidauit etas  
Claudere lustrū.

ACRO.

**E. S. I. T.** Asserit hac ode ancillę amorem domine erubescendum non esse. Et ducum ponit exempla quibus turpitudini datum non sit in amorem trahi forma captuarum. **Insolentem** factorum suorum & victorię superbia elatum. vt ipse superius exercitus insolens. **Serua briseis**. iure belli ancilla. vt olii serua datur. **Niueo**. c. candida digna amori pulchritudine. vt erat ram dignus amari. **Mouit**. In nata enim voluptate animus mouetur. vt proprie metus libidinis est. **Ideo telamone** natum. quia fuit alius oilei. de quo virgilius. **Et furias aiacis oilei**. specialiter forma pro pulchritudine ponitur. **Ve forme conicia conuix**. **Medio in triumpho** aut in medio belli tempore. aut in medio ipso bello vacuum illi fuisse & in periculis a mare quod tamen ad emphasis vim posuit. cum animus spe triumphi ad alium amorem incendi non posset. **Virgine rapta**. aut briseidem dicit. aut crisen sacerdotis filiam. sed magis cassandra intelligitur. que habuit sorte agamemnonem dominum. **Thessalo victore** poterit intelligi pyrrobo. qui excidio interfuit troię. s; quia subdidit **ademptus hector** achillę. s. significat. **Fessis** scilicet alongo bello veluti morte hectoris troia sit tradita. **Leuio ra**. Imbecilliora. vt decimum quos distulit hector in annum. **Beati nobiles** dixit beatos. neq; enim nobiles esse poterant quorum erat filia captiua. phylis enim capta fuit. **Meret** quod nihil ex profuerit. vt seruitutem vitaret. idest tristis est recordatione sui generis. vt qualis populea merens philomeia sub vmbra. **Auersam** aborrentem a fraude & pecunia. vt auersa deę mens: vt parentum merita exhibita ex moribus colligat. sicut Virg. **Quam sese ore ferens** q; forti pectore z armis. c. e. n. u. f. g. e. d. **Pudenda & erubescenda**. **Integer castus & qui aut securus pulchritudinem corporis laudat**. qui animi ante laudauit. aut certe de quo iam etas nihil obscenum faceret suspicari. **Trepidauit**

festinauit. **Octauum** autem lustrum quadraginta annos dixit quinquēnus. n. voluit significare etatem. vt Virg. Veniet lustris labentibus etas.

Virg

PORPHYRIO.

**E. S. I. T.** Ancillę tibi amor pudori. Ad xāthiā pho ceū hęc oda dī de amor phillidis. nō esse dño ancillę affectū erubescēdū. Prius insolentē serua briseis nūeo colore mouit achillē. **Insolentē**. hic supbu; & arrogantē accipe. **Aliq; insolens crudelis dī**. supbię aut Achillis. virg. quoq; mēnit cū de pyrrobo filio eius loquit. **Ita stirpis achilleę fastus**. **Arfit atrides medio** In triūpho virgine rapta. **Medio i triumpho**. i. i ipsa victoria. capta troia q̄sita Barbarę postq; cecidere turmę **Thessalo victore** poterat accipi Neoptolemo q; interfuit excidio troię. **Sed cū subiciat & ademptus hector** Ad achillē reuocauit oēm excidu troię casuz. **Leuio ra**. s. facta pgama. i. ibecilliora extincto hectore. **Nescias an te** **maū beati phillidis flauę** decorēt parētes. posse aut fieri ait vt & hęc regu gnis sit. **Vnde itelligere debemus phillidē captiuaz eē**. sic. n. se habent & hęc q; subiciunt. **Regiū certe genus & penates**. **Brachia & vultus teretesq; furas**. eleganter cū puellę pulchritudinez laudaret ne suspectus haberet. **In amorē eius adiecit** **Integer laudo fuge suspicari**. **Cuius octauuz trepidauit etas claudere lustrum**. **Grate qdraginta etatis annos se excessisse ostendit**. **Octo**. n. lustra. **Octo** quinquennia quadraginta annos. s. cludunt. quę etas videtur iam amoris esse aliena.

Virg

Ad Amicum.

On dum subacta ferre iugum valet  
Ceruice non dum mūnia cōpis  
Aequare nec tauri ruentis  
In venerem tolerare pondus.  
Circa virentis est animus tuę  
Campos iuuenę nunc fluuiis grauem  
Solantis estum nunc in udo  
Ludere cum vitulis salicto



Prægestientis tolle cupidinem  
 Immitis vuc iam tibi liuidos  
 Distinguet autumnus racemos  
 Purpureo varius colore.  
 Iam te sequetur curret enim ferox  
 Aetas & illi quos tibi demserit  
 Apponet annos iam proterua  
 Fronte petis lalage maritum  
 Dilecta quatum non pholoe fugax  
 Non cloris albo sic humero nitens  
 Vt pura nocturno renidet  
 Luna mari gnidius ue giges.  
 Quem si puellarum infereres choro.  
 Mire sagaces falleret hospites  
 Discrimen obscurum solutis  
 Crinibus ambiguoq; vultu.

Lalage

Pholoe

Chloris

Gyges

ACRO.

ON. DVM. Incertū ē quem alloquat̄ hac ode. vtrū  
 amicoꝝ aliquē: an seipsum. agit tñ vt reuocet itempe-  
 rataꝝ mentē a cupiditate & desiderio virginis imaturę  
 quam cōperat p allegoriaꝝ iuuentę. z a translatione incipit. di-  
 cendo iugum eā comunctionis ferre non posse. nec tauri tolera-  
 re pondus. vt designatione pecudis inhabilem mōstret viro. si  
 gnificans eam ita ad hoc nullo calore ꝑtatis solitari. vt sola ef-  
 set ludo dedita. Munia. obsequia lege debita quod vult intelli-  
 gi de non iplendo vxoris officio. Aequare. pari affectu ferre.  
 vt equatq; sicheus amorem. Circa. v. circa ludostm̄ non adhuc  
 nubilē sapit cōpensare ꝑtatem. Solantis. recreantis vt Virg. pa-  
 siphē nūci solatur amore. Iuuentę. Ordo est. nunc est animus  
 tuę iuuentę solantis grauem estū fluuiis circa virentis campos.  
 Nunc est animus tuę iuuentę ludere cuz vitulis in vdo salicto.  
Prægestientis. properantis crescentis. distinguet p autumnum  
 tēpus vt vindemię ad colligendū aptę p translationem maturi-  
 tatem expectanduz demonstrat ꝑtatis. Iaz te sequetur. i. non ē

Virg

longum expectare aptam puellę ꝑtatem & ad consentiendū faci-  
 liorē. Currit. n. ferox adolescentia aut̄ pronā & labilis ē in mul-  
 tis. idcirco ferox dixit. aut q̄ ferre valeat vnz. Apponet annos  
 pro viribus & ꝑtatis flore dixit. tanq̄ illi per senū minuerētur  
 illi augerentur. Pholoe. f. n. chlo. pholoe & chloris noīa p exē-  
 plo pōuit. quę dū ante viros vitassent. postea obscenaz vitam  
 elegere mulieruz. Vt pura. n. hñs in sereno integrum lumē. Vt  
Virg. Spiēdet tremulo sub lumine pontus. Giges nomē pueri  
 pulchri de gnidia insula veneri dicata. vt ipse superius. o venus  
 regina gnidi paphi. q; huius pueri formam laudat in carmine  
 suo. Hospites. adueniētes q̄ sexū ex familiaritate non noscent.

PORPHYRIO.

ON. DVM. Subacta ferre iuguz valet ceruice. hac  
 ode allegoricos cū eo agit. q̄ habilē adhuc viro puellā p  
 seq̄. q̄ lusus magis q̄ reꝝ veneriaz cupida sit. Nō dum  
munia cōpis eāre eleganter. q̄a de iugo ferendo loquit̄. q̄b de cō-  
 iugio intelligi vult. Nā fluuiis graue solantis estū. q̄b significat  
 refrigeratū. Solari estū p refrigerare gratissime dñ. Nūc i vdo  
ludere cū vitulis salicto prægestientis. Iucūde pferat in alle-  
 goriam cū vitulis. dicendo intelligi volens cū pueris. Tolle cu-  
pidinē imitis vuc. Transit in aliā allegoriā imaturę vuc. cōparā-  
 tis viriditatem adhuc puellę virginitati. Distinguet autūꝝ ra-  
cecos hoc est nigrorem maturitatis variabit videmus enim ra-  
 cecos cū primo nigrescere incipiūt non om̄s simul ac vuas color-  
 rari. Currit ei ferox ꝑtas z illi quos tibi demserit apponet ānos  
 hic pro viribus ac florem ꝑtatis accipe. Sic enī se habet sensus.  
 q̄tū tibi vrgente iā iuuentute vnz decerpserit. tñ nunc illi cu-  
 ra nunc maxie florecenti accedet. Non pholoe fugax. quę vi-  
 ros fugeret. Alba sic humero nitens pro candido. Dilecta quan-  
tum non pholoe fugax. Non cloris dicta generaliter accipe a q̄  
 cunq; q̄ eam viderit dilecta & vtiq; ppter pulchritudinem quaz  
 in eo p̄dicat pferēdo. cloridi & pholoe. q̄s q̄ pulcherrimas fuisse  
 itelligēdū. Gnidius ue giges. quē si puellarum de h9 pueri pul-  
 chritudine quam Ouidius locutus est. Mire sagaces falleret

Ouidius



hospites discrimen obscuruz solutis crinibus Ambiguoq; vultu  
Suauiter hęc hospites pro ignotis dicit. hoc est qui ipsuz puez  
non nossent sic enim falli possint obscuro sexus discrimie. Et am  
biguo vultu quantus sagacis accipe discrimie obscuruz. Solutis  
crinibus ambiguoq; vultu. obscurum discrimē sexus. scilicet ob  
scurabat ante per crines solutos.

Ad Septimum

Eptimi gades aditure mecum &  
Cantabrū idoctū iuga ferr̄ nra z  
Barbaras syrtes ubi maura semper  
Aestuat vnda  
Tybur argēo positum colono  
Sit meq; sedes vtinam senectę  
Sit modus lasso maris & viarum  
Militięq;  
Vnde si parçę prohibent iniquę  
Dulce pellitis ouibus galesi  
Flumen & regnata petam laconi  
Rura phalanto.  
Ille terrarum mihi præter omnis  
Angulus ridet vbi non hymeto  
Mella decedunt vbi cunq; certat  
Bacca venafro  
Ver vbi longuz tepidasq; prebet  
Iuppiter brumas & amicus aulon  
Fertilis baccho minimum phalernis  
Iunidet viuis.  
Ille te mecum locus & beatę  
Postulat arces vbi tu calentem  
Debata sparges lacrima fauillam  
Vatis amici.

ACRO.

Galesus fl

Phalanth)

Aulo

**EPTIMI.** Septimū eqtē romanū aicū & cōmitonez  
suuz Hac ode alloq̄. cui⁹ se tanta gratię necessitudinē fa  
teā astrictū vt si velit ad vitias mūdi natiōes ire secū. eo p̄mit  
tat posse. hortat̄ tñ vt gratissima sibi loca elegat Tyburis & ta  
rētī. q̄rū & amēnitatē laudat Gades insulę sunt hispanię in vitia  
parte oceani. Et cantabrum. Cantabri gens hispanię siue gallię  
nec dum a Romanis victa. de qua Lucanus. Si tibi dur⁹ biber  
vel si tibi terga dedisset cantaber. hanc Augustus postea super  
rauit. Syrtes loca sunt ab habitatione remota. Barbaras in hos  
piales propter incertum maris. Maura pro aphricana & ideo  
addidit maura. quia vtraq; libya dicitur. Modus. modum finez  
dicit laborum. vt eandem domo & senectam ageret z finiret vi  
tam. Vnde a quo tybure Galesi fluius est iuxta Tarentuz vbi  
pro pasturę copia vel dulcedie maiores ouib⁹ lanę sunt. de quo  
Virg. Qua niger humectat flauentia culta galesus. Regnata p  
ticipiū ē sine verbi substantia. Virg. Thracēs arāt acri quōdaz  
Regnata lycurgo. Palanto. Palantus lacedemonius fuit eiect⁹  
p̄ria hac culpa q̄ absentibus lacedemonis filiē eoz ex seruis  
grauidę ediderant. Postea reuerſi partes tali culpa genitos ex  
puler. quoz dux Palant⁹ fuit. q̄ tarētū cōdidit ciuitatē. & ferē  
octau⁹ ab hercule. Ille terraz. ordo ē. ille āgul⁹ ridet mihi p̄ter  
oēs. sub āgulos terraz. p̄ loco āgulū posuit. Ridet let⁹ ē & vo  
luptuosus. virg Mixtaq; rideti colocasia fūdet acantho Vbi nō  
hymeto hymet⁹ mōs atticę r̄gtōis melle abūdans. laudat aut apu  
liā & calabriā puitias in q̄ & tarentū sitū ē. c⁹ se amēnitatē z de  
licis delectari dicit. nā & melle & oliuetis p̄cellūt. hyemes q̄q;  
aptiores hnt. Venafz ciuitas cāpanię olei abūdās. Minimū iui  
det. h⁹ ē nō ē ip̄ vinis phalernis. iuider. n. sibimet solēt ip̄es vir  
tute. hic aulō mons ē calabrię. & qa ip̄ nō ē iō dicit n̄ iuider. Il  
le te mecū loc⁹ elegāter se cuz septimio. & i laudatis locis optat  
viuere z eū sup̄stite h̄re. defūctoz sibi iuxta p̄soluere. Ibi ordo  
ibi sp̄ges tu calētē fauillā vatis aicī Debata lacrima. i. nāli aut debi  
tapp̄ aicitia. ātiq̄z. n. mos erat cadauera mortuorū cōcreare. iō  
defūcti fauillā dixit. vt ē & bibulā lauere fauillam.

Lucanus  
Augustus

Virg

Virg

De Phalanto m

Venafriū

Aulo



PORPHYRIO.

**SEPTIMI** Cades aditure mecū. Hac ode septimū  
 equitē ro. cōmilitonē suū alloquit. qua testat gratif  
 sima sibi loca esse tyburi z tarētī Cantabrū indoctū iu  
 ga ferre nra. Apparet cantabros q̄ est gens Gallie illo adhuc tē  
 pore indomitos fuisse. Cū dicit cantabrū indoctū iuga ferī nra  
 Septimi gades aditur mecū gades oppidū apoenis cōditū vt su  
 pra oñdimus. vbi maura sem p̄ estuat vnda. Maura hic p̄ aphri  
 ca apheloi dī. s. q̄b̄ tā aphrica q̄ mauritania generaliter lydia dī.  
 Tybur argeo positū Colono. sup̄ oñdim⁹. Tybur oppidū a tri  
 bus frīb⁹ cōditū esse. Tyburto catillo cora quos gñe arguo eē  
 ēt Virg. testis qui ait. Catillusq̄ acerq̄ coras argiua iuuentus.  
 ergo argeo p̄ arguo antiq̄ dī Sit modus lasso maris & viaꝝ mi  
 litieq̄ modū. nūc p̄ fine dixit. Optat ergo sibi p̄ laborē maris  
 & viaꝝ & militie i reliq̄ etate tyburis secessuꝝ. Dulce pellitis o  
 uibus galesi flumen. Galesi flumi⁹ ē tarētinoꝝ pellitas aut oues  
 dixit q̄b̄ tarentine oues pellibus teguntur De fertilitate aut &  
 amenitate tarentini agri. & Virg. i georg. q̄rto significat & sic  
 tituri⁹ ait. Tarētinoꝝ hortorū qui geris odores Cū vellz itelli  
 gi florū & regnata petā laconi rura phalato. Phalat⁹ lacede mo  
 nus fuit. quo auctore z principe parthenie spartani tarentum  
 cōdiderūt vbi nō hymeto mella decedūt. Hymetos mons est at  
 tic⁹. vbi optimū mel nascit. Decedunt ergo ecōtrario cedūt. cō  
 positū p̄ simplici. i. cedunt. Sēsus aut ē vbi mel nascit q̄b̄ ab atti  
 co nō vincat. ūd: q̄ certat bacca venaphro Gr̄ca figura dcm̄ est  
 illi certat p̄ cū illo certat. Bacca aut p̄ oliua dixit. videē ergo sig  
 nificare tarentino agro tale oleum nasci quale sit venaphranuꝝ  
 & amicus aulon fertili baccho. Aulon locus ē cōtra tarentinam  
 regioneꝝ ferax boni vini Minimū phalernis iuidet vuis p̄ non  
 iuidet quia. s. non fit ibi deterius viuum q̄ in phalerno agro in  
 uidet autem in tantum inferior est vbi tu calentem debita spar  
 ges lacrima fauillam vatis amici legi etiam horati vatis.

cantabri gens gallie

ibya

Argens pro argiuus  
antique dictum

Pellite oues tarentinorū cur  
dicantur

ptami Parthenie

Aulon

Virg  
 Tyburto  
 Catillus  
 Coras  
Virg  
 Tituri

Ad Pompilium

Aepe mecū tempus in vltimū  
 Deducte bruto militie duce  
 Quis te redonauit quiritem  
 Dus patris italoꝝ celo  
 Pompili meorum prime sodalium  
 Cum quo morante sepe die mero  
 Fregi coronatus nitentes  
 Malobatro syrio capillos.  
 Tecum philippos et celerem fugam  
 Sensi relicta non bene parmula.  
 Cum fracta virtus et minaces  
 Turpe solum tetigere mento.  
 Sed me per hostes mercuri⁹ celer  
 Denso pauenteꝝ substulit aere.  
 Te rursus in bōellum resorbens  
 Vnda fretis tulit estuosis.  
 Ergo obligatam redde ioui dapem.  
 Longaq̄ fessum militia latus  
 Depone sublauru mea. nec  
 Parce cadis tibi destinatis.  
 Obliuoso leuia massico  
 Ciboria exple funde capacibus  
 Vnguenta de conebis. quis vdo  
 Deproperare apio coronas  
 Curat ue myrto quem venus arbitruꝝ  
 Dicit bibendi non ego sanis  
 Bacchabor edonus rec̄pto  
 Dulce mibi furere est amico.

Pompilius

Malobatro syrio

Veneris iactu rex uim  
creabatur. aduerte



ACRO.

A E P E. Ad Pōpulum Varum scribit. gaudens ob e9  
in patriā reditū. quē cōmilitonē sibi in castris Bruti &  
Cassii fuisse cōmemorat. Et belli ciuile euasisse picula  
Augusto victore. q̄ gratia liberius se conuiuū exhibere pmit  
tit. Ordo ē pōpuli prime meoz. sodaliū sēpe deducte mecū i vl  
timū tempus bruto duce militē. quis redonauit te quiritē duf  
patris & italo celo Redonauit. reddidit redit fecit i priā grite  
romanū. Notandū tñ qd̄ numeruz singularē posuit cū plurali  
ter dicantur. Cēlū pro italia regione posuit. vt idez alibi. Cēluz  
non animū mutant: qui transmare currunt. prime p̄cipue id est  
cuius amor añ oēs sit. Morantē pro longo dixit. hoc est q̄ stiuo.  
qui quasi cū mora spatiū suuz decurrat. Fregi aut consumpsi aut  
diuisi. vt a sexta hora significet sēpe epulatos. Mero vero vel  
datiu9 vel ablatiu9 casus bñ accipit. Malobatro gen9 vnguētī ē  
Philippus macedonię campos aut ciuitas. vbi ab agusto brutus  
victus occubuit. Vñ lucan9. Video iā phēbe philippus. Parmu  
la scuto nō bñ relicto. quia arma in fugaz versi proiecerant. Et  
minaces. Cassiū & brutū significat. q̄ de virtute se iactare con  
sueuerant. aut certe milites eorū turpe solū aut cruētū aut quo  
pstrati turpiter p̄parent. Sed me p̄ hostis. m. iucunde se dixit a  
Mercurio liberatū. vel qd̄ se furtuz fugisse & celerē oñderet fu  
gam. vel qd̄ poetę ad mercuriuz ptinent aut pertinere dicuntur.  
Dēso aere nebula vt nube cana eripiā. & p̄ h9 fugę latebras tu  
tiores oñdit Resorbens methaphora a charybdi q̄ eū ipetu qd̄ā  
significat m̄tis & furore correptū ad brutū ptes reuerfus. Red  
de ioui. i. promissuz ac debitū redde cōuiuuz. Et sciendum dapē  
singulari numero declinatuz. Sub lauru mea. vt est illud. Virg.  
hic tamen hac mecum poteris requiescere nocte. vel certe sub  
augusti victoria. aut tanq̄ poetam inuitat amicum sub suo car  
mie Cadis vasis vinaris ad e9 q̄si reditū r̄seruatis. Vt via bon9  
q̄ deide cadis onerarat acertes. Obliuoso h9 ē vino q̄ cure pel  
lunt. & labor i obliuionē venit. massicum vero p̄ cāpano posuit

ante numero singulari

Malobatro.

Lucanus

Virg

Virg

massicum

Ciborea aut alexandrina poma. quę habent similia collocasius  
folia. in quoz similitudinez facta pocula eodē noie appellatur.  
aut certe p̄ cibus posuit tanq̄ cibū poculis cōpensaret Capacib9  
largis vtere odoribus. De cōchis echinis cōchaz. Quis inter  
rogatm̄ ē: s; cuz exortatione dicitur. Vdo vero apio viridi: vel  
qd̄ in locis aquosis nascit. Corona. n. apu ebrietatē dr̄ prohiber̄  
vt est floribus atq; apio crines ornatus amaro. Quē venus ar  
bitruz aciposiaz significat & tesserarū iactu datuz in bibendo  
arbitruz veneris aut iactus latissimus dicebat. q̄ habebat trice  
nariū numeruz. Edonius tracib9 bacchis. Furere aut ebriuz esse.  
aut certe saltare.

PORPHYRIO.

A E P E. Mecum tempus in vitimum deducte bruto  
militē duce. Hanc odam ad Pompiliuz sodalem scribit  
qua gratulatur ei q̄ restitutus sit in patriā: & testatur  
commulationem sibi fuisse in castris. M. Bruti. Quis te redona  
uit quiritem. Quiritē ciuez ro. significat Attende singulari nu  
mero dictū. quod non facile apud veteres. Cū quo monatē sēpe  
diez mero fregi. Morantem pro longo posuit vt q̄si cum mora  
spatium suum decurrat. Fregi autez diem videtur. pro eo quod  
est diuisi dixisse. vt a sexta hora significet se sēpe epulatos. Me  
ro aut siue dtō casusue ablatiuo accipias habebit suaz rationez  
Sensus aut enim illa re fregi diem aut illi rei fregi. Malobatro  
Malobatrum vngenti spēm esse scimus. Tecum philippus. phi  
lippi est oppidum in macedonia. vbi. M. Brutus perit. Cum  
freta virtus. quia virtute se cassius z brutus precipue iactabat  
& minaces turpe solum tetigere mento. Turpe solum aut cruo  
re fēdatum. vt sanguine fēdantem quos ipse sacrauerat ignes.  
Aut nomen est loco aduerbi positum. Turpe soluz tetigere p̄  
turpiter tetigere. Sed me per hostes mercurius celer den  
so pauent ēsubstulit aer. Sēpe oñdit horatius i ptibus militasie  
Iucūde aut a mercurio se sublatū de illa cēde dicit. sigñs clā z q̄  
si furto quodam se inde fugisse per celerem ergo mercurium  
celeritatez fugę per id quod ait denso aere latebras ipsius fugę

Ciborea.

Colocasia

Echini cōcha

Archiposia. i  
regni umi

Veneris iactū  
letissimus q̄  
habebat trice  
nariū num  
rum. idē po  
porphyrio asser



Archiposia . i . incohatio bibe  
di

intelligi vult. Te rursus in belluꝝ iforbens vnda fretis tulit ef  
tuosis allegorico signat Pompeium post fugam illam impetu q̄  
dam mentis petisse rursus partes bruti. obligatam promissam  
ac debitam obliuoso massico. Massico vino obliuiones curaruz  
ac sollicitudinem faciente vel afferente Cyboria exple sunt fo  
lia collocasiorum in quorum similitudine pocula facta eodeꝝ no  
mine appellantur. Quis vdo deproperare. apio coronas curat  
ne mirtho. Quis interrogatē si cum quodam hortamento dicat  
Vdo autem appio pro viridi vel quod in aqua nascatur. Depro  
perare autem valde properare signat. Quem venus arbitrum  
dices bibendi. Archiposia incohatio bibendi in conuiuio taloz  
iactu sortiti solebant. Venerius autem iactus in talis summum  
nūerū habet. Id est tricenariū. Non ego sanius baccabor edo  
nis. Edoni thraces sunt. quos solet ebrietas fortiores reddere.  
Recepto dulce mibi furere. id est amico percipiendum. extrin  
secus etiam vt sit etiam furere dulce mibi est recepto amico.

Ad Varnen.

Lla si iuris tibi peierati  
Poena barine nocuissz vnq̄  
Dente si nigro fieres vel vno  
Turpior vngui  
Crederem sed tu simul obligasti  
Perfidum votis caput emitescis  
Pulchrior multo iuuenumq̄z prodis  
Publica cura  
Expedi matris cineres opertos  
Fallere & tota taciturna noctis  
Signa cum celo gelidaz diuos  
Morte carentes  
Ridet hoc inquā venus ipsa ridet  
Simplices nymphaꝝ ferus & cupido  
Semper ardentes acuens sagittas

Cote cruenta  
Adde qui pubes tibi crescat omnis  
Seruitus crescat noua ne priores  
Impie tectum domine relinquunt  
Sepe minati  
Te suis matres metuunt iuuenis  
Te senes parci misereq̄z nuper  
Virginis nupte tua ne retardet  
Aura maritos

ACRO.

LLA . scenicum principū in varinē meretricem in  
telligitur . n . p hanc inuectionē aliquos p̄cessisse sermo  
nes . qbus noctē sibi eandē barina iureiurādo p̄miserit .  
de hinc postq̄ fefellit eū in hęc verba poetā velut amantē eru  
pisse . vt . n . d̄r iurisiurati . ita posuit iuris peierati quod nulla fal  
lens poena p̄culsa sit . Dente si nigro . maior . n . poena ē meretri  
ci si ob culpā corporis deformitate puniat Crederē aut tibi sub  
est iuranti . aut deos vindices esse piuri . Obligasti denouisti . n̄  
iplendo p̄missa e contrario . n . solui vota dicunt . Pulchrior mul  
to . auctio est data auctioni . Iuuenūq̄z . prodis amatoruz multi  
tudinē significat . dicens eā piurus fieri pulchriorem . Expedi  
m . id est p̄pe est vt putez . dū video non puniri piurā in contra  
riū religionis ac pietatis verti rationē . hęc . n . vult videri sacri  
legio pro meritaꝝ deoz fauorem Taciturna noctis signa . Du  
re siue secrete z silentis . vt tacite aica p̄ silētia lunę Et sidera cū  
cta notat tacito labentia celo . ac si diceret fas ē oēꝝ mundi maie  
statē in sacramento vocare . Rident simplices nymphaꝝ p̄fidie a  
moris . cū risu indulgentes aut quia nymphaꝝ ad ignoscendū faci  
les sunt . vt faciles nymphaꝝ risere . s . comites . n . veneris sunt ad  
quā ptinet meretrices . Ferus & cupido . numen cupidinis demō  
strat imite & iplacabile . & quod ignoscere nesciret . nisi volun  
tatē & iudiciū veneris sequeretur . vt Virg . Iamq̄z ibant dicto  
parens & dona cupido . Semp ardentes . aut semp ardentes . aut  
semp acuens . Cote cruenta . non ipsa cruēta cote sed in qua acuit

Jus iuratu  
Jus peieratu

Nymphaꝝ comites  
ueneris

Virg



vt occidat imoderatus. n. amor maturat exitiuz. & declinat hęc  
 cos huius cotis. Adde. adiunge hisque creuerūt tibi ex puirio.  
**Tibi cre. tuę pstitutioni pubes. 1. subinde crescentes amatores**  
**Seruitus. c. n. 1. Semp adiungant tibi noui. Nec priores relin-**  
**quūt te quīs relicturā minent. Tectum lupanar. Sępe minaci.**  
 vim amoris exp̄ssit. vt quod a seruis fieri consueuit amatorib9  
 non liceat. dū cōtempti se deserturos minent. Et sic noui veniāt  
 vt nō abscendant priores. Iuuenis filius iuuenibus methaphora  
 a tauris vt supra Nec tauri ruētis i venere3 tolerare pōd9. Te  
 senes parci. pp dilapidatiō3 patrimonii. q̄ meretricū in citamen  
 tis sępe cōtingit. Miseręq̄ timore repudiū. maior. n. i recēti car  
 ritate dolor ē sollicitati cōiugis. maior vis meretricis aimū affec  
 tiōe occupatuz vicisse. **Aura. ma. aut facilis q̄ in amorē trabun**  
**tur. aut vnguentorum odor. vt ipse superius aurę fallacis.**

PORPHYRIO.

**LLA. Si iuris tibi peierati poena Varine. Scenicum**  
 p̄icipiū. itelligendū. n. aliquos sermones p̄cessisse. q̄b9  
 varina hęc noctez sui iureiurando it̄posito repromi  
 serit. Deide postq̄ fefellerit. tū i hęc vba hūc erupisse. Dente si  
 nigro fieres vel vno subaudiēb extrisec9 saltē vt sic saltē leuissi  
 mā p̄nā ob ob pbriū sensisses. S3 tu si obligasti ac puirio te de  
 uouisti **Enitescis pulchrior m̄to Adeo m̄to pulchriores p9 p**  
 iuria vt iuueneste vniuersi diligāt. g° iuuenū publica cura per  
 oiu3 iuuenū dc̄m ē vt ē apud Salustiu. publicā misero3. cā3 expe  
 dit m̄ris cineres optos fallē. Sensus ē cū hoc videat̄ p̄pe est vt  
 putē rō3 pietatis ac religionū i cōtrariuz eē versaz. ut q̄ ipi atq̄  
 i religiosi sint magis deos p̄mereant Gelidaq̄ diuos morte carē  
 tes. & hic z in eo qui ante hunc. Sens9 ē per zeugma. 1. in cōiun  
 ctione ex superior. accipiēdū expedit fallere **Ridet hoc inq̄ vo**  
**nus. ipsa ridet simplices nymphę. ferus & cupido. Ridet per**  
 iuriū suuz venus q̄. s. amantibus facilis ē. **Rident & nymphę sic**  
**illud dr̄. sed faciles nymphę risere sacello Superardētes. acuens**  
**sagittas cote cruenta nimium. αμφιβολορ. vtrum semper ar**  
**dētes intelligēdu3. An semper acuens. Eleganti aut cōceptiōe.**

Sallustius

de amore dr̄ & ardentis sagittas & iuper acuens ex cruenta co  
 te. Ne priores ipię tectū dnę relinquunt sępe minanti. h° ostē  
 dit etiā illis amatoribus grataz esse. quibus fuerit iniuriosa. **Te**  
**fuis m̄res metuunt iuuenis. Iuueni ergo non tm̄ boues dicunt**  
 s3 homines quīs in vsu sit. vt non nisi per diminutionē iuueni  
 ios dicamus. **Tua ne retardet amoris aura quęq̄ ad te eos fert.**  
 Sed vtq̄ hoc per allegoriam dicitur.

Ad Valgium.

**On semp ibres nubib9 hispidos**  
**Manat i agros aut mar caspiū**  
**Vexant inęq̄les procelle**

**Vsq̄ nec armenis inoris**  
**Amice valgi stat glacies iners**  
**Menses p oēs haud aquilonibus**  
**Quęrceta gargani laborant.**  
**Et folis viduantur orni.**

**Tu semper vrges flebilibus modis**  
**Mythen ademptum nec tibi vespero**  
**Surgente cedunt amores.**

**Nec rapidum fugiente solem.**  
**At non ter quo functus amabilem**  
**Ploravit oēs antilochum senex**

**Annos nec impubem parentes**  
**Troilon aut phrygię sorores**  
**Fleuere semper. desine molliuz**

**Tandē querelarum & potius & noua**  
**Cantemus augusti trophęa**  
**Cęsaris & frigidum nyphaten.**

**Medum & flumen gentibus additū**  
**Victis minores voluere vortices.**  
**Intraq̄ p̄scriptum gelonos**  
**Exiguus equitare campis.**

Pulchri

Garganus. m.

Mystes

Antilochus

Nestor

Troilus

Augustus

Antilochus amabilis

Geloni



ACRO.

**ON.** Valgiū hac ode consularē alloquitur amicū suū quē  
 consolā Mysis pueri sui delicati grauter mortē ferē  
 tē Indicans mala hoibus nō esse cōtinua Glacies ineros  
 aut quę cursuz gelata non habet. vt concreſcunt ſubitę currenti  
 in flumie cruſte. aut q̄ nimietate frigoris pigros efficiat. vt cō  
 fertoz agmie cerui torpēt mole noua Querceta gargani vt pi  
 neta ꝛ ſculeta. ſic ē querceta poſuit. Et ſolus in du. or. nō ſemp  
 ſolus iduantur arbores. hoc eſt euz in oibus vices ſint tempoꝝ.  
 Continuare luētū Valgiū nō decere. Flebilib9 modis. quia poe  
 ta erat Valgius. z moerorē ſuum luētuoſis carminibus ſolabat  
 Adēptum tanq̄ non mortuū fleret. ꝛ ſolatio ſuo adēptū. Fugi  
 ente ſub veſpo. vt duo eū tpa tenere mōſtraret. At non ter ꝛuo  
 id ē neſtor qui nonaginta annis hoc ē tribus ꝛtatibus vixiſſe fir  
 ma. vnā. n. ꝛtatē triginta annos ponebant. nō ergo euz dicit oī  
 vita ſua antiochū filiū ſuum fleuiſſe. Troilon. Troilus priami  
 filius ꝛtate imp cōgreſſ9 achilli de quo Virg. Parte alia fugiēs  
 amiſſis troilus armis. Infelix puer atq̄ ipar cōgreſſus achilli.  
 tanq̄ nec ipſe parentibus fletus ſit. Deſine mollium. q̄ nimium  
 tenri affectus ſit. & deſine ꝛrelaz. pro deſine queri. figura eſt  
 hypallage. Et potius noua. tanq̄ ſi diceret melius remoto luētū  
 cęſaris facta cantemus. Nyphaten. ſcythię flumē. pleriq̄ mōtē  
 armenię putāt. Medumq̄. poetice quaſi & fluuius ſe victuz ſen  
 tiat. Vt eſt pōtem indignatus araxes. Et euphrates ibat iā mol  
 lior vndis. gētes tum victas vult intelligi. q̄ circa flumina ſunt  
 Euphrateꝝ tñ medoz ānem vult intelligi. Ordo eſt. Et cante9  
 medum flumen voluere minores vertices additum victis gen  
 tibus. Preſcriptum. intra conſtitutum. Auguſtus. n. fines gelo  
 nis ſtatuit. quos victi egredi nō auderent. ſed preſcriptis limi  
 tibus tenerentur. Cum ante vbi libuiſſet excurrerēt. Exiguus  
 campis a cęſare determinatis.

PORPHYRIO.

**ON.** ſemp imbres nubibus. hac ode Valgiū conſularē  
 amicū ſuum ſolatur morte delicati pueri grauter af

fectū. Non ſemper hymbres nubib9 hiſpidos. Manāt in agros  
 Iacet. ſenſus i hac eloquutiōe itelligi. n. vult nec ſemp puluere.  
 nec ſemp agros hiſpidos eſſe. r. horridos p quod itelligendū ad  
 uerſa hoibus nō poſſe eſſe cōtinua ac ſempiterna. Nec armenis  
 in horis aice valgi ſtat glacies iers. Naz & hic in ſubiectis ſenſ9  
 ſemp ex ſuperiore zeugma itelligendū aut aq̄lonibus quęrceta  
 gargani. Garganus mōs ē apulię. Quęrceta aut dicit vt pineta  
 & vineta a ꝛrcis. ſ. arboribus. Tu ſemp vrges flebilib9 miſtē  
 adēptū. Nec tibi veſpo ſurgente cedūt amores. Miſten ſemp  
 vrges. i. iſtanti querela ꝛrens veſpero ſurgente ſolē. r. orientem  
 cū veſper Stella refugit. i. occidit. An nō ter ꝛuo funct9. Neſt  
 orē ſignificat q̄ tradit tribus ſeculis vixiſſe Antiochū aut neſt  
 oris fuiſſe filiū notū ē. Deſine molliū tandē querelaz. Deſine q̄  
 relaruz gręca eloquutiōe figuratuz ē. Alioqui nos deſine queri  
 dicimus. Et rigiduz nyphatē. Nyphates armenię monē eſt. in q̄  
 magna frigora ſunt. Medūq̄ flumē gentibus additū victis Vꝛ  
 eufratē medoruz ſignificare. quē ait gentibus victis. additū eē  
 id eſt ad nuz victarum gentium accepſiſſe. & additū victis poe  
 tice. q̄ ſi ſit fracta ferocia ipet9 e9 p9 q̄ vict9 ſit.

Ad Lyciniuz

Ectius viues lycini neq̄ altum  
 Semper vrgendo neq̄ dū ꝛcellas  
 Cautus horreſcis numium premendo  
 Litus iniquum  
 Auream quiſquis mediocritatem  
 Diligit tutus caret obſoleti  
 Sordibus tecti caret inuidenda  
 Sobrius aula  
 Sepius ventis agitatur ingens  
 Pinus & cęlſe grauiore caſu  
 Decidunt turrēs feriuntq̄ ſummos  
 Fulgura montes  
 Sperat inſeſtis metuit ſecundis  
 Alteram ſortem bene ꝛꝛparatum

res etates neſtoris. i. 90. anni

Virg

Nyphates

Garganus. M.



Pectus informes hyemes reducat  
 Iuppiter idem  
 Submouet. nō si male nunc & olim  
 Sic erit. quondam cithara tacentem  
 Suscitāt musam. neq; semper arcum  
 Tendit apollo  
 Rebus angustis animosus atq;  
 Fortis appare. sapienter idem  
 Contrahes vento nimium fo  
 Turgida vela.

## ACRO.

diues & ancus. hoc ideo dicit ut ostendat conditionem mortalitatis omnibus comunem esse. Quis scit an adiciat hodiernae crastina vitae. Tpa du superi. Quis scit ad summam annorum vitae quam hodiernum usque egisti. Crastinus dies adiungatur. i. quis scit an cras victurus sis. Cu facile & quacumque hora possis occidere. Cuncta manus audas fugient heredis amico. i. illud tuum erit tamen quod dum vivis functus fueris. Et de te splendida minos fecerit arbitria non dicit dum splendidum ornatumque fecerit minos iudicio suo. Sed cum de te splendide ac digne iudicaverit minos. ita splendida arbitria ad minois laudem & gloriam pertinent. iudicantis non ad eum de quo iudicat. Inferis neque enim tenebris diana pudicuz liberat hypolithuz. Atque virgilius ait hypolithum rediisse ad auras ethereas ita peonius reuocatus herbis & amore dianae sed nunc non ad illud refert quod post distractionem illam quae ab equis suis passus est in vitam suam restitutus fertur sed ad conditionem mortalitatis quam non potuit perpetuo effugere per dianae fauorem. Nec lethe a valet theseus abrumpe caro vincula pirithoe. nota historia thesei & pirithoum ad inferos descendisse rapiendum per serpenta causa quos nunc dicit victos ibi remansisse.

Ad Censorium martium

Onare pateras gratasq; comodis  
Censorine meis gra sodalibus  
Donare tripodas premia fortium

Gratior neque tu pexima munerum  
Feres diuite me scilicet artium  
Quas aut parrasius protulit aut scopas  
Hic saxo liquidis ille coloribus  
Solers nunc hominem pingere nunc deus  
Sed non haec mihi ius nec tibi talium  
Res est aut animus deliciarum egens  
Gaudes carminibus carmina possumus  
Donare & pretium dicere muneris  
Non incisa notis marmora publicis

Tripodes premia fortium  
gratiorum

Parrasius  
Scopas

Per que spiritus & vita bonis redit  
Post mortem ducibus non celeres fuge  
Reiecteq; retrorsum hannibal minque  
Non incendia carthaginis impie  
Eius qui domita nomen ab aethrica  
Lucretus redit clarius indicant  
Laudes que calabrae pierides neque  
Si carthage fileant quod bene feceris  
Mercedem tuleris quid foret ille  
Mauortisque puer si taciturnitas  
Obstaret meritis inuidi romuli  
Ereptum stygium fluctibus eacum  
Virtus & fauor & lingua potentium  
Vacum diuitibus consecrat insulis  
Dignum laude virum musa vetat mori  
Celo musa beat sic iouis interest  
Optatis epulis impiger hercules  
Clarum tyndaride sydus ab infimis  
Quassas eripuit equoreis rates  
Ornatus viridi tempora pampino  
Liber vota bonos ducit ad exitus

Annibal

Romulus

Aeacus

ACRO

ONARE M ad M. Censorium scripsit dicens facultates suas non esse ut possit pateras vel preciosa vasa donare. sed quod diuitis maius est laudi eius se carmen dicturum. Pateras vasa argentea. Comodus utilis benignus humanus. Era statuas. Tripodas mensas. Premia munerum de carminibus dicit. i. si diuitias habere carmina non donare. Aut parrasius athenis pictor optimus fuit. Protulit. manifestavit hoibus Scopas. signorum sculptor de quibus aut cum parrasius tabulis lignisque mironis. Solers peritus. Ponere fingere. facere formas componere ut posuit in magna templa. Haec mihi ius diuitiarum.

Tripodas .i. mensas

egens. hic sensus est nec ego talia largiri possuz nec si possem tu  
 ea desiderares vt qui carmia diuitis omnibus ante fores. Et p  
rium dicere numeri q̄ p̄ciosum sit carmē ostēdere nō quo spera  
ret p̄ciu. Notis marmora . p. victoriaz titulus quibus defuncti  
 duces quadā immortalitē cōsequūtur. Impie quia ter bellauit  
cōtra romanos. Eius . scipionē Africanū lignat. Quā calabrę pie  
rides . facta inquit claroz . viroz . nisi carminib9 illustretur eta  
tis suę memoriā nō excedūt & significat enniū qui facta africa  
ni descripsit oriundū de rudino oppido calabrię . i. de calabrę  
mus. Si carte fileāt . i. si non cōtineant scriptis aut libris . Mer  
cedē tuleris . quē fructū haberet Romul9 nisi laudaret. Eachū  
filii iouis immortalitē dicit assecutū laudib9 poetaz. Diuiti  
bus cōsecrat insulis quas i oceano cōstitutas fortunatas appel  
lat siue insulas beatoz. Celo musa . b. celi possessione beatū fe  
cit . i. reddidit carmib9 memorabilē. Sic iouis . carmib9 poetaz  
& ingenus fortis hercules noiatur cōiunctus cōiuiis deorum .  
Tyndaride syd9 . castorē & pollucē dicit quoz nauigātib9 salu  
bre syd9 carmib9 poetaz . aut felicia faciēs vota p̄catiū mēorat  
Quallas . i. carmibus poetaz dignoscuntur Castor & Pollux .

PORPHYRIO

ONAREM pateras grataq; cōmodis . hac ode in  
 dicat sibi facultates tantas non esse vt possit p̄ualas &  
 alia p̄tiosa donare . sed qd̄ maius ē carmē se celscrio largi  
 ri . deinde p̄fert carmia oibus diuitis quas aut parrhasius p̄tu  
lit aut scopas parrhasius athenis pictor clar9 fuit . Scopas Γ λ υ  
ω τ η σ . μαρμαρω . fuit . i. signorū marmoreoz . Solers nūc  
hoiem ponere nūc deū . Ponere nūc cōstituerō ac fingere . S3 nō  
hec vis mihi . diuitiaz . Nō tibi talū res ē aut animus delitiaz  
egēs . Sēsus ē nec ego largiri possum . nec si posse3 tu ea desidera  
res quia carmina tibi diuitis p̄ponenda sunt . Carmia possumus  
donare & p̄tiū dicerē numeris . i. ostēderē q̄ p̄ciosū mun9 sit carmē  
Non unca nota marmora publicis per quę spūs & vita redit

Ennius oriundus  
 de rudino oppido  
 calabrię africanū  
 facta descripsit  
 Fortunatę insulę

(Enni)

Bonif p̄ q̄s titulos cōsecrati defuncti duces quōdā immortalitē cō  
 sequunt . Eius qui domita nomē ab aphrica lucratus redit . a phri  
canū scipionē lignat . Clarus indicāt laudes q̄ calabrę pierides .  
Facta inquit viroz . claroz . nisi carminibus illustrēt etatis suę  
memoriā excedūt . Quā calabrę pierides . s̄ qua vult intelligi car  
mina quia in vrbe venusina natus est q̄ est i calabria atq; apulia  
Diuitibus cōsecrat insulis . Insulis dicit quas in oceano cōstitu  
tas Homerus dixit latini fortunatoz . insulas appellāt . Celo mu  
sa beat . i. celi possessione beatū facit ac p̄ hoc immortalē reddit  
Clarum tyndaridę sydus . ε φ ε ζ ι γ ι σ ι σ . qui tyndarida clarum  
sydus aiunt . s̄pe autē dictū est itellas Castoris ac pollucis nau  
gātibus spem meliorē ostēdere

Ad lolium

E forte credas interitura que  
 Longe sonātē natus ad aufidū  
 Non ante vulgatas per artes  
 Verba loquor socianda chordis .  
 Non si priores meonius tenet  
 Sedes homerus p̄indaricę latent  
 Cęcęq; alceę minaces  
 Stesichoricę graues camenę .  
 Nec liquid olim lusit anacreon  
 Deleuit etas . spirat adhuc amor .  
 Viuantq; cōmissi calores  
 Eolię fidibus puellę .  
 Non sola comptos arsit adulteri  
 Crines & aurum vestibus illitum  
 Mirata regalesq; cultus  
 Et comites helenę lacena .  
 Primus ve teucer tela cydonio  
 Direxit arcu . & non semel ilios  
 Vexata est . non pugnavit ingens

Homerus  
 Alceus  
 Stesichorus  
 Anacreon  
 Simonides  
 Sappho  
 Pindar)  
 Helena  
 Primus  
 Teucer

Homer)

Castors nauigā  
 tibus fauent

Acohe puellę . i. p̄p̄t



Idomeneus sthelenusq; solus  
 Dicenda multis praelia non ferox  
 Stheneles Hector vel acer deiphobus graues  
 Hector Excepit ictus pro pudicis  
 Deiphobus Coniugibus puerisq; primus.  
 Agamemnon Vixere fortes ante agamemnona  
 Multifed omnes illacrimabiles  
 Vrgentur ignotiq; longa  
 Nocte carent quia vate sacro.  
 Paulum sepultq; distat inertiq;  
 Celata virtus non ego te meis  
 Chartis inornatum silebo:  
 Tot ve tuos patiar labores  
 Impune lolli carpere ludas  
 Obluiones est animus tibi  
 Rerumq; prudens & secundis  
 Temporibus dubisq; rectus.  
 Vindex auarq; fraudis & abstinentis  
 Ducentis ad se cuncta pecuniae:  
 Consulq; non vnus anni:  
 Sed quotiens bonus atq; fidus  
 Iudex honestum pretulit utili  
 Reiecit alto dona nocentium  
 Cultu perobstantes cateruas  
 Explicuit sua victor arma.  
 Non possidentem multa vocaueris  
 Recte beatum rectius occupat  
 Nomen beati qui deorum  
 Muneribus sapienter uti:  
 Duramq; callet pauperiem pati:  
 Peiusq; leto flagitium timet:  
 Non ille pro caris amicis  
 Aut pria timidus perire.

ACRO.

**E.FORTE** Ad marcū lolliū scripsit consularē. affir-  
 mās imortalia futura scripta sua. quibus ante euz sint alii  
 meliores poetę. Nam nec homeri magnitudinē obstare  
 quo minus pindarus & alii poetę. qui post eum mortui sunt cla-  
 ri essent interitura nec casu credas peritura. Natus ad aufidum  
 ipse oratus q primus latinus lyricus fuit Meonius homerus a me-  
 oia dictus ē. Pindaricę latet. per Symonidē lyricū poetā q de  
 cea insula fuit. vñ & pindarus Minaces aut alcei camenę dicte  
 sunt. qm̄ adeo amatus fuit. vt austeritate carminis sui multos  
 de ciuitate eiceret. Sterpsicoriq; graues Et ipse poeta belloruz  
 descriptor. Graues magnę pfunde. Lulit ana. ideo lulit quia  
 iocis & cōiuiis digna cātavit. vt carmīa q lulit pastor. Anacre-  
 on aut Satyrarū scriptor aicus lysandri. Spirat adhuc amor re-  
 cens ē. Viuūtq; cōmissi calores p amoribus posuit colie puellę  
 sapho aut significat. q de olide vsa ē dialectico. Non solū bele-  
 na. arsit amauit adulteri raptoris alexandri. Regalesq; c. q a re-  
 gis priami fili. Et comites itineris helena de lacedemonia. Vt  
 at nō sic phrygius penetrat lace. lēmō a pastor vel qa nō sola he-  
 lēa amaunt paridē. nā z alię similes culpę fuerūt. s; magis hęc fa-  
 mosa ē carmie poeta. Primusq; teucer thelamonis fili ab hor-  
 mero inducit sagittis pitissime vsq; Cydoneo aut cretēsi a cydo-  
 nia ciuitate. vbi primū de pecudū cornis arc9 ornati sunt. vt cy-  
 dōia spicula cornu Nō semel ilios euerfa ē ab hercule. n. añ euer-  
 fa fuerat ilios & hęc ilios & hoc ihū. Nō pugnavit igēs. Sed hi  
 carmie p̄ceteris clari vt thelandri stelenusq; duces stelen9 autē  
 capanei & euadnē fili9 fuit Hector ondere vult licz m̄ti for-  
 tes fuerit. illos tñ fama celebrare q̄i cōmēdauere poēata. nā nec  
 sol9 hector & deiphob9 p pria pierūt. s; hi carmib9 noti sūt.  
 sicut & añ agamēonē pari virtute fuisse plures. s; nesciri silē-  
 tio & iō se ad scribēdū priorū cōfirmat exēplis. Excepit ict9 vt  
 laceratū corpe toto deiphobū vidi Ignotiq; lōga tāq; nesciāt vt  
 mortui quos modo describūt occisos. Celata virtus. virtus non  
 laudata simi ē iertiz. id. n. silētio obscurat tāq; si nulla fuerit  
 Inornatum illaudatum vt quis te magne cato tacitum. Rerūq;  
 prudens p̄bię aptus est. vnde & reaz prudentes dicti sunt p̄bi.

Simonides & pin-  
 darus ex eadē pa-  
 tria si acroni cre-  
 didimus. quod ille  
 mihi certe nō p̄si-  
 debit

Anacreon satyrarū  
 scriptor amicus ly-  
 sandri

Homerus De Cydone in  
 nota

Stelenus capanei & euadnes.

Temporibusq; dubiis rectus que neq; prospera vel aduersa mu-  
tauerint Vindex auare fraudis. punitor fraudis vindicare eni  
apud veteres non tantum defendere. sed etiam punire significa-  
bat. Ducētis ad se cuncta pecunie abstinentem dixit lollius pe-  
cunie. quam aut ideo ad se cuncta ducere posuit. quia auari stu-  
dent pecunis aut quia omnes pecuniosorum gratias sequuntur.  
Non vnus virtute fide & honestate lollium prefert. quotiens  
quoties inquit bonum & honestum vtili pponis. vel quotiens  
bellorum victoris rei. p. consulis. totiens consulari. vteris po-  
testate & virtute tua perpetuus consul efficeris. honestum pl<sup>9</sup>  
dixit q̄ honestate atq; vtilitatem. Alto pudenti pfundo. Nocē  
tem noxiorū. Et corrumpere iudicia temptantium. Victor vel  
cupiditatis vel hostium quotiens emerferit. Non possidentem  
multa. i. non recte diuitem beatum vocari. Sed illum rectius di-  
ci beatum qui moderetur & non habeat execrabilem paupertate-  
tem. Peiusq; timet mortem peccatum. occupat sibi vendicat.  
Callet ingeniose nouit

#### PORPHYRIO.

**E. FORT E.** credas interitura. hęc ode ad lollium  
scripta est. Consulare qua affirmat immortalitatem ha-  
bitura scripta sua. quis alii ante se meliores poetę. Nā  
nec Homeri magnitudinem obstare quo minus pindarus & alii  
poetę. qui postea mortui sunt Clari habeantur. Prima autem ē  
syllaba cre. huius circumflexe enuntianda est. vt sit ne credas.  
id est nec crederis. An vulgatas p artes gloriatur se primum ly-  
rica carmina latina lingua aulum scribere. Cęq; & alcer mina-  
ces. Symonides lyricus poeta Cęus fuit. i. ex cęa insula. Mina-  
ces autē alceę camenę dicuntur quoniā adeo amarus fuit. vt au-  
steritate carminis sui multos ex ciuitate eiceret. Nec siquid oli-  
lusit Anacreon. Lusit quia iocis & conuiuus digna scripsit. Vi-  
uuntq; comixti caloris Aeolię fidibus puellę calores p amores  
dicuntur. Sapho autem signat quę ab eolide dialecto vsa est.  
Non sola comptos arsit. Adulteri arsit crines. pdeperit. aut qa  
amauit dictum est. hac autem periodo colligit. Sepe eadez fada

Anacreon iocis & conuiuus di-  
gna scripsit

que legimus circa ihu gesta q̄ ait. clarus poeta cōtigerit ppetuā  
obtinuisse memoriā. Paulū sepultę discat inertie. celata vt. Nō  
enī multo discat ab inertia totus. Sedis tpiibus dubiisq; rectus. i.  
psperis & aduersis equitate retines. Vindex auare fraudis. vi-  
dicē nūc p punitore posuit quia vindicare apud veteres nō tm  
defendere verū etiā punire significat. Ducētis ad se cūcta pecu-  
nię. vtrū pecuniā p auaricia posuit quę merito ad se cūcta du-  
cere dr qa auari rape oia student. An ducētis ad se cūcta pecu-  
nie ad hō referēs dixit qa pecunioso. grām omnes sequunt. Cō-  
fulq; nō vnus anni. virtutes tuę inquit te ppetuū cōsulē faciūt  
Sed q̄tes bonus atq; fidus iudex honestū p̄tulit vt il. Reiecit al-  
to dona nocētū. vultu p obitātes caterual explicuit sua victor  
arma. q̄tiens inquit anim9 tuus honesta indicat p̄mia oblata a no-  
cētibus respuit. totus gloriosus ex hostib9 victoriā reportauit  
Nō possidētē multa vocaueris. recte beatū. Ordo nō recte vo-  
caueris beatū multa possidētē. Nō ille p caris amicis aut p̄ia ti-  
midus perire. deest gerit. ait aut eū qbus artib9 instructus sit  
nō dubitare p amicis & p̄ia mortē subire si necesse sit.

Ad ligurinum puerum

Rudelis adhuc & veneris muneribus potens  
Inspreta tuę cum veniet pluma superbie.  
Et quę nunc humeris inuolitant deciderunt comę.  
Nunc & qui color est punice flore prior rose  
Mutatum ligurinum in faciem verterit hispidam.  
Dices heu quotiens te speculo videris alterum.  
Quę mens est hodie cur eadem non puero fuit.  
Vel cur his animis incolumes non redeunt genę.

#### ACRO

**CRVDELIS.** vt o crudelis Alexi signans amoris  
qręla. venerit. n. pulchritudie. Et pluma supbie. plumā  
p barba incipiēte posuit. nunc humeris inuoli. vsq; ad  
pubertatē enī pueris comę nutriri cōlueuerant ut crines sui la-  
ctea ceruix. creuit. i. accepit. Punice; flore prior. priorē p me-  
liore dixit. Punice; sanguinei coloris vt puniceis inuecta rotis



Hispida·hirsuta barbā / Dices·h·quoties te speculo videris al  
teꝝ immutationē formę p̄ etate aspectā dolebis ī speculo·

**PORPHYRIO**

R V D E L I S adhuc & veneris muneribꝯ potēs hęc  
in lygurinū scripta est q̄rela amoris cōtinēs· / M u n e r i b u s potēs· i· ob munera q̄ in tevenus cōtulit· / I n s p e r a t a t u e c u m v e n i a t p l u m a s u p b i e · pluma p̄ prima barba posuit·  
N u n c q̄ c o l o r e s t p u n i c e i p r i o r f l o r e r o s e · prior p̄ melior / I n f a c i e m v e r t e r i t h i s p i d a · i· hirsuta

Ad Phallidem

St mihi nouum superātis annū  
Plenus albam cadus ē in horro  
Phylli nectēdis apū choronis·

Phyllis

Est hedere vis  
Multa qua crines religata fulges·  
Ridet argento domus ara castis  
Victa verbenis audet immolato  
Spargiet agno·  
Cuncta festinat manus huc & illuc·  
Cursitant mixte pueris puellę·  
Sordidum flammę trepidant rotantes  
Vertice fumum·  
Ut tamen noris quibus aduocaris  
Gaudis idus tibi sunt agendę  
Qui dies mensē veneris maris  
Finit aprilē·  
Iure solennis mihi sanctiorq̄  
Pene natali proprioq̄ & ex hac  
Luce mecenās meus affluentes  
Ordinat annos·  
T e l e p h o n q u e m t u p e t i s o c c u p a v i t  
N o n t u e s o r t i s i u u e n e m p u e l l a  
D i u e s & l a s c i u i a t e n e t q̄ g r a t a  
C o m p e d e v i c t u m·

Telephus

T e r r e t a m b u s t p h a e t h o n a u a r a s  
S p e s & e x e m p l u m g r a u e p r e b e t v a l e s  
P e g a l u s t e r r e n u m q̄ u i t e m g r a u a t u s  
B e l l o r o p h o n t e m·  
S e m p e r v t t e d i g n a s e q u a r e & v l t r a  
Q u a m l i c e t s p e r a r e n e f a s p u t a n d o  
D i s p a r e m v i t e s a g e i a m m e o r u m  
F i n i s a m o r u m·  
N o n e n i m p o s t h a c a l i a c a l e b o  
F e m i n a c o n d i s c e m o d o s a m a n d a  
V o c e q u o s r e d d a s m i n u e n t u r a t r e  
C a r m i n e c u r e

**ACRO**

S T A I phyllidē scribit amicā suā inuitans eaz sub pro  
missione vini albam veteris ad letitiā cōiuii exhiben  
di natali moecenatis· P l e n u s a l b a m c a d u s e l o c u t i o ē a l  
b a m c a d u s v t v i n a b o n q̄ d e i n d e · c a · h · a · N e c t e d i s a p i u c o r o n a r i · v e l q a t a r d i u s d e p o n a t q u i p r a d e t a p i o c o r o n a t u s v t a t q̄ a p i o c r i n e s o r n a t u s a m a r o · R e l i g a t a f u l g e s · p r e l i g a n d a c o r o n a n d a f u l g e s ·  
· R i d e t · s p l e d z · A u e t · c u p i t · I m m o l a t o · s · a · s p a r g e d a e r a t i m m o l a t o · C u c t a f e s t i n e t u m a n u s · m u l t i t u d i n e m i s t r a t i u p a p p a r a t u s f e s t i n a t i o n e s i g n a t · M i x t e p u e r i s p u e l l e · v t t o t i d e q̄ p a r e s q̄ t a t e m i s t r i · S o r d i d u m f l a m e f u m · d u o e p i t h e t a p o s i t · q a & f l a m e v e l u t i s u b q u o d a t r e m o r e v o l u n t u r · & f u m u s s o r d i d u s e s t n i g e r · Q u i b u s a d u o c e r i s · d i e n a t a l e m o e c e n a t i s · s i g n a t v t f i d e f a c i a t p r m i s s e l e t i t i e · A g e n d e c e l e b r a n d e · Q u i d i e s f i n d i t · a p r i l e q u i a i d u s v e l u t i d i u i d u t m e s e m · a p r i l i s a u t v e n e r i c o n s e c r a t u s ē · I u r e s o l e n n i s · m e r i t o a m i c i t i q̄ · P e n e · a u t p a d u l a t i o n e p o s i t · L u c e · d i e · A f f l u e n t e s c r e s c e t e s a u t m u l t o s · O r d i n a t · a n o s d i s p o n i t t o t o a n n o f a c i e n d a · T e l e p h u q u e t u p e t i s o c c u p a v i t · u t a m a v i t · v e r u a d e a n d e a n d a l i a l o q u a t i n c e r t u e s t q u i a n o p e r d i t n o m e · d i c i t t n T e l e p h u p u e r e z q u e o s t e d i t a b e a a m a r i · A l t e r i q̄ d i c t i o n i s a m o r e o c c u p a t u · N o n t u e s o r t i s · n o n t u e

Albam uini

Aprilis ueneri di  
catus mensis

Telephus

conditōnis non tuę mediocritatis nec professionis / Compede  
enim amoris vinculo. Phaetō avaras. nequid auidet aut supra  
cōditionē nrām appetamus p̄betōtis & bellorophōtis exempla  
p̄ponit nā impossibilia cupiēdo ad pericula puenit. Auaras. illi  
citas. Grauat grauit̄ ferēs bellorophōtē. dr̄. n̄. aulus pegas  
so ferri p̄ aera i terrā decidisse. Digna sequar. possibilia suadet  
appetere ut sibi cōpetētia & digna sperare. Sēlus ergo hic ē. o  
tu Phyl̄ vita potētiorē Telephū & tibi disparē q̄ & aliā ard̄ s̄  
me dilige qui tibi par suz. finis. n̄. eris mei amoris. quia si cōsen  
seris altā nō amabo. Cōdisce modos. disce inquit carmina & lyre  
sonos q̄s suauī voce cates ne rustica videaris. Minuet̄ atre. tūc  
enī voluptas admittit̄ si cura pellatur.

### PORPHYRIO

ST mihi nouū supantis annū. signat se diē natalē me  
cenatis velle celebrā. loquit̄ aut ad phyllidā amicā.  
Qua crines religata fulge. fulgere soles. nō. n̄. iā coro  
natā eē dicit. s̄ inuitat eā vt coronet̄. Ridet. p̄ grata ē ac fulget  
Cūcta festinat manus. ad multitudinē ministroꝝ. refert̄. Sordi  
dū flāme trepidant. non otiosuz energos dictū ē. Idus tibi sunt  
signat aprilis aut mēsis. αποτ ησ. αφ ποδ ητ ησ dict̄ v̄ nec  
immerito cū i res venerias coipo oia aialta excitēt̄. signat au  
tē idib9 natalē diē mecenatis esse i cui9 honorē sacrificet & epu  
let̄. Telephū quē tu petis. o. Ad mulierē loq̄ cui9 nomē nō oñ  
dit. signat aut amari ab hac Telephū puez. quē iā alia occupa  
uerat. Nō tuę sortis. nō tuę cōditionis tuę mediocritatis. Tenet  
grata puellę grata cōpede amoris vinculū ait. Tenet ambust̄.  
nequid auide & supra cōditionē naturaz appetē conetur phae  
thontis bellorophōtis p̄ponimus exēpla. Semp vt te digna seq̄  
re & ultra. disparē vites dicēdo. Disparē vites. difficilis dictio  
p̄bralis. Monet autē vt disparē vitet ut possit se digna sequi &  
nephas h̄re in spē referre plusq̄ oportet. Age iam meoꝝ. nō. n̄.  
p9 hac alia calebo f̄m̄ia q̄re finē. Amoꝝ annoꝝ. luoz. hanc dix  
erit ipse oñdit. Ordo ē age iā meoꝝ. finis amorū cōdisce modos

Ad Virgilium de veris tpe

Impellunt aię linthea thraciz

Iam veris comites quę mar̄ t̄pant

Iam nec prata rigēt nec fluuii strepunt

Hyberna niue cangida

Nidum ponit ityn flebiliter gemens

Infelix auis & cecropię domus

Aeternū obprobrium q̄ male barbaras

Regum est vlc̄ta libidines

Dicunt intenero gramine pinguium

Custodes ouium carmina fistula

Delectantq̄ deum cui pecus & nigra

Colles archadię placent

Adduxere situm t̄pa vergili

Sed pressum calidus ducere liberum

Si gestis iuuenum nobilium cliens

Nardo vina merebere

Nardi paruus onyx eliciet cadum

Qui nunc sulphitis accubat horreis

Spes donare nouas largus amaraq̄

Curarum eluere effiēax

Ad q̄ si properas gaudia cum tua

Velox merce veni non ego te meis

Immunem meditor tingere poculis

Plena diues in domo

Verum pone moras & studium lucri

Nigrorumq̄ memor dum licet ignium

Misce stultitiam consiliis breuem

Dulce est desipere in loco

### ACRO

A M ad h̄giliū negociatorē scribit admonēs t̄p̄ul̄ veris  
esse aptū nauigio. V̄itatū aut̄ poetis ē aias dicere fla  
tus vētoꝝ dū ad graue vocabulū referūt aias vt q̄rum  
ignēs aięq̄ valēt. T̄pant. trāquillāt. Iā nec prata. ip̄o. n̄. t̄pe &

145

Caleni uini a Calib

Dulce est desipere in loco



hyems clauditur & veris amoentia aperitur quo fauoni<sup>9</sup> incipit  
 fiare / Ityn flebiliter gemes. Itys filius prognos que occidit ob  
 culpa Tereus Cecrops dux atheniensium fuit. athenienses. n. fue-  
 runt Tereus & prognos. p. prognos vero hirundine significat que  
 eo tpe apparet. nota historia e qd p stupro sororis philomele ad  
 vindicta filium therei occidit prognos & fuit peior poena pec-  
 cato du comittitur parricidium ppter incestum. vn Tereus cop-  
 to facinore dum ambas insequitur ipe in vppapam dicitur mu-  
 tatus. ille fugientes in hirundinem & lusciniam / Cecropis in do-  
mo eni cecropis hoc factum est scelus / Intenero granie. vt ros  
 intenera pecori gratissimus berbas / Custode ouiu carmia. pana  
 signat a quo pinda<sup>2</sup> dr inuetu vt Pan primus calamos cera co-  
 iungere plures instituit / Deum pana vt pan curat oues ouiuq  
 magistror / Nigri vmbrosi / Adduxere firim. p. estate posuit.  
 Sz pressaz. c. d. l. calenu vinu / Ducere bibere / Nobilu diens  
 diens aut Augusti aut priuignoz. eius neronu aut mecenat. di-  
 cit / Vina mereberis. ioculariter eni nuc se calenu vinu platu<sup>2</sup>  
 pmttit si vngueta accepit / Nardi p. onyx. metallu gemu simile  
 de hoc ad vngueta adorata qua fiebat va'a de q Lucan<sup>9</sup> ad ostē-  
 tatione luxus tota effusus i aula calcabat onyx / Sulpitius accu-  
sulpicia horrea dicebatur vbi nuc galbe alio. Illic ordeni condi-  
colueuerat / Spes d. n. cadus scz maiora eni sibi p licetia poti p-  
 mittere sperado colueuerat / Eluere efficac. potes & q largitate  
 sua curas expellat / Velox m. ve. vt supra dixit. i. pocula no da-  
 bunt tibi nisi & tu adiuice merce apulla detuleris vngueta / Tin-  
guere m. defacere / Immunē si veneris sine muner. Plena diues  
 vt in domo. vt gratis pascas sicut diuites colueuerat / Dum licz  
igniū lugubriu igniū. vt memor mortis leticia no recuset / Cōsi-  
lus breuē breuis tps ocū / Dulce ē desipere i. l. iocundum est  
 a leueritate discedere aliqn. **PORPHYRIO**

A M veris comites que mare teperant Impellunt aie  
lithæa thracis. Virg. alloq<sup>r</sup> iteru autē veris tepus de-  
 scribit. ceteraz aias & flatibus vëtoz. vltatissimu e pē-  
 ms. sic deniq<sup>3</sup> Virg. ait. qtu ignes aieq<sup>3</sup> valēt / Iā nec prata rigēt

Prognos & Tereus f.

Onyx

Lucanus

Galba

Sulpitia horrea ubi  
 nunc galbe ubi  
 oleu condi consu-  
 euit & nota. los  
 alma Zenes y bo  
 degas uocari ab  
 horatio semper  
 horrea

Virg

Virg

nec fluuii strepunt / Hyberna nix turgida. at q veris tpe intus  
 mescere flumina incipit / Nix turgida. adultu iam veris tpus  
 vult itelligi qm nix ois elapsa e / Ny lu poit itym flebiliter ge-  
mens infelix auis. prognos ac p hoc hirundine signat / Et cecropia  
domus eternu obprobriu. Cecropia domus qm athenienses fue-  
 runt. Cecrops aut atheniesiu dux / Qd male barbaras regu est  
victa libidines. nota historia e prognos oblituprata & lingua de-  
 bilitata philomela sorore Tereo marito filiu sibi comunē & illi  
 itym noie occidit. & epulandu imprudeti opposuit. deinde pa-  
 la facto facinore cu fugeret cu sorore ifestū maritū i hirundine  
 & lusciniā trāffiguratas esse. ipm q p Tereu i uppapā auē eē cō-  
 uersuz / Cui pecus & nigri colles arcadię placēt. rana pastoraletz  
 arcadię deu esse signat / Iuueni nobiliu diēs. Augusti & mece-  
 natis aut nobiliū neronū priuignoz. Augusti dicit / Nardo vi-  
na merebere nardi pu<sup>9</sup> onyx eliciat calus. Onyx genus ampu-  
 lz marmorez. ioculariter aut dicit. si attuleris vngueta tuū de-  
 mū ego pferā vinū caloenu / Qui nunc sulpicii accubat horreis  
Sulpicii galbe horrea dicit hodieq<sup>3</sup> autē horrea vino & oleo liti-  
 bus aliis infecta sunt / Spes donare nouas largus cadus. scz pocu-  
 lentos autē scimus pleruzq<sup>3</sup> matora sperare / Cum tuavelox mer-  
ce veni. cu ampulla vngeti scz / Plena diues vt in do no. vt si dices  
 sim & i domū meā oim rez. plena te inuite / Nigro z igniū. fur-  
 nez dicit qsi lugubrium igniū / Misce stultitia cōsiliis breuē  
Breuem stultitiam hoc est breuis temporis.

Cecrops

Onyx

Sulpicii galbe horrea

Horrea. nota

Ad lyce.

Vdiue lyce diu mea vota diu Lyce  
Audiuere lyce fis anu & tū  
Vis formosa videri.

Ludisq<sup>3</sup> & bilis impudens  
Et cantu tremulo pota cupidinem  
Lētum sollicitas illeuientis &  
Doctę psallere chie  
Pulbris excubat ingenis.

Importunus enim transuolat aridas  
 Quercus: refugit te quia lurida  
 Dentes tæ quia rugæ  
 Turpant & capitis niues:  
 Nec coræ referunt iam tibi purpuræ  
 Nec clari lapides tempora quæ semel  
 Notis condita fastis  
 Inclusit volucris dies.  
 Quo fugit venus heu q̄ ve color decēs?  
 Quo motus quid habes illius illius  
 Que spirabat amores  
 Que me surpuerat mibi?  
 Cynara Felix post cynaram notaq; & artium  
 Gratarum facies. sed cynaræ breues  
 Annos fata dederunt  
 Seruatura diu parem  
 Cornicis vetule temporibus lycesti?  
 Possent vt iuuenes visere feruide  
 Multo non sine risu  
 Delapsam in cineres facem.

## ACRO

**VDIVERE** ad lycen meretricem scribit de cuius  
 superbia in tertio libro questus est eo quod anuffacta  
 contemnitur a iuuenibus de quorū amore ante plaude  
 bat. Formosa enim. vtrunq; enī in anu muliere turpissimum ē  
 vt formosa videri velit & lasciuire. & ideo impudens addidit.  
 Et cantu tremulo. vel ad vocem vel ad gratem rettulit. Ille vi.  
 iuuenum scilicet qui ideo lentus est quoniam tu ei ingrata es p  
 etatem. Excubat ingenis. multam decoram vult chiam mulierē  
 videri. vel quod virenti etate sit & docta saltare. vel quod ge  
 nis idest facie pulchra sit. & ideo cupidinem excubare ingenis  
 eius induxit. Importunus enim. z quasi per irrisionem quercum  
 aridam uoluit anom mulierem intelligi quas amor dum festi  
 nat ad iuuenes necesse est transuolare. Luridi nigri squamosi.

Rugæ tur. frontē obscenā rugis capitis niues. niuem p. eamcie  
 posuit. Turpant. foedat ut turpantē puluere crines. Nec coræ.  
preciosæ. i. choa insula purpura melior tingitur signat nec vesti  
mentorū cultu nec gemmarū p̄cius reuertī ad pulchritudinē pos  
se annis iā & etate consumptā. Inclusit volucris. d. significauit  
deposuit sepeluit. Inclusi enī defuncti i. tumulo dicunt. Quo. f.  
ve. venus. i. amor cuius ab ea fugam ideo se dolere simulat vt ei  
dolorē inatet maiorē. Quo color. q. mot⁹ quid habes illi⁹. etat  
is pristinæ aut quid tibi p̄teritæ gratiæ remansit. Surpuerat. h⁹  
est alienū amore fecerat. Felix post cy. pulchra. post aut ad q̄  
litatem ptinet aut ad t̄pas. i. secunda pulchritudine a cynara at  
post illarū defunctarū tu ad amandū elegantior. Notaq; pbata &  
artifex. S; cynaræ breues. tanq̄ q̄ i. matura etate perierit. Cor  
nicis uetule. Cornix enī diu dī viuere. Cui lycen cōpat p̄ lōgī  
quitate vitæ. Iuuenes visere feruidi. i. quæ incēderat vultū tu  
um ad vicem facis i. cinerem dānis consumeret etatis iuuenibus  
iā facta risu. & qd̄ facē dixerat bñ dilapsam in cineres memora  
uit ita iquit amili pulchritudinē sicut fax cōsumpta i. cinerem.

## PORPHYRIO

**VDIVERE** lyce diu mea vota. ad lycen loquitur  
 de eius superbia in tertio questus est in illa ode cuius  
 initiū ē extremū tanaim si biberis lyce ergo senectute  
 illi nūc approbat p̄ quā ingrata iuuenibus facta fastidior. Et tñ  
vis formosa videri ludisq; & bibis impudēs. illā lasciuire ait &  
ideo bene additū impudēs. Cupidinem lentū sollicitas. qui ideo  
lentus est qm̄ tu ei ingrata es per etatem. Ille viretis. & docte  
psallere chiz pulchris excubat ingenis. cupido scz ob multa autē  
decora esse chiam. vult intelligi qd̄ virenti etate sit & docta sit  
& ideo cupidinē in ip̄is genis eius dixit excubare. Importunus  
enim transuolat aridas quercus. pro senio affectas mulieres &  
importunus iocus αφροπια dicitur. Nec coræ referat. Iā tibi  
purpuræ. Nec clari lapides hoc est quod supra dixit & tamen  
vis formosa videri signat nullam puellari se veste & gemmis



excolere. Que semel notis condita fastis inclisit volucris dies  
que iam retro acta sunt. Que me surpuerat mihi. i. surripuerat  
felix post cynara. Notas & artium gratas facies. post cynara  
vtrū ad qualitatem pertinet an ad tempus. i. secūda pulchritudine acy-  
nara an post ipsam defunctā felix pulchritudine. Delapsam in ci-  
neres faciem. ἡ φησὶ τικωσ. illam ut amoris faciem delapsam ait  
in cineres & consumptam refrixisse.

De salute Augusti

Vē cura patrū queve quiritū  
Plenis honorū muneribus tua  
Augustę virtutes in quum

Per titulos memoresq; fastos  
Sternet. o quā sol habitabiles  
Illustrat oras maxime principum.  
Quem legis expertes latine  
Vndelici didicere nuper  
Quid Marte posses. milite nam tuo  
Drusus gelonos implacidum genus  
Brennosq; veloces & arces  
Alpibus impositas tremendis  
Deiecit acer plus vice simplici  
Mator nemorum. mox graue pręlium  
Commisit immanesq; rhetos  
Auspiciis pepulit secundis  
Spectandū incertamine martio  
Deuota morti pectora libera  
Quantis fatigarēt ruinas.  
Indomitas prope qualis vndas  
Exercet auster pleiadum choro  
Scindente nubes impiger hostium  
Vexare turmas & trementem  
Mittere equum medios per ignes.

Drusus

Indelici

geloni

Brenni

theti

Sic tauri formis voluitur aufidus.  
Qui regna dauni prefluit apuli  
Cum sicut horrendamq; cultis  
Diluuiem ninitatur agris.  
Ut barbarorum claudius agmina  
Ferrata vasto diruit impetu  
Primosq; & extremos metendo  
Strauit humi sine clade victor.  
Te copias te consilium & tuos  
Prebente diuos. nam tibi quo die  
Portus alexandrina supplex  
Et vacuam patefecit aulam.  
Fortuna lustro prospera tertio  
Boelli secundos reddidit exitus  
Laudemq; & optatum peractis  
Imperis decus arrogauit.  
Te cantaber non ante domabilis  
Medusq; & indus te profugus scythæ  
Miratur. o tutela presens  
Italę domineq; romę  
Te fontium qui celat origines  
Nilusq; & ister te rapidus tigris  
Te belluosus qui remotis  
Obstrepat oceanus britannis  
Te non pauentis funera gallię  
Duręq; tellus audit iberię.  
Te cęde gaudentes sycambri  
Cōpositis venerant armis **ACRO**

**V**E negat vll<sup>o</sup> a senatu vel pp<sup>o</sup> romano dignos hono-  
res iueniri q; p meritis v<sup>l</sup> triūphis Augusti & terminata  
ip<sup>o</sup> gsecret. Per titulos. anale q; ad cōmēoratōz honoz  
v<sup>l</sup> rez gestaz iuētū sūt. ip<sup>o</sup>. n. fasti dicūt indices virtutū siue i q;  
bus mēoria tpm cōtinet. Aeternet. eternū faciat & laudib<sup>9</sup> cōse-  
cret. habitabit pp<sup>o</sup> i habitabile caumā. Latine. latinatū nescit

O tutela presens italę  
domineq; romę

Belluosus

Sycambri

Fasti

Augusto imputat de vindelicis Drusi victoriā quia eius ordi-  
 natione & exercitu vicerat. Milite nam tuo. hypbaton. Ordo  
 .n. rectus ē Drusus acer nō simplici vice deiecit. Implacidū ger-  
 nus implacidos implacabiles germanos & brēni gentes gallorū.  
Tremēdis. terribilibus. Plus vice simplici. aut non simplicem  
 vicē quia dupla quā dederant clade percussi sunt aut quia dixit acer  
 nō vice simplici. Maiores. Drusus quā maior natu fuit. Immanes  
 fortes. Secūdis prosperis. Spectandis. formosus vel terribilis bel-  
 lator. Deuota. m. p. rhetorū. gētis libertatis amore morti aīos  
 destinatos fuisse dicit. Indomitas. p. q. u. tēpestate furenti viri  
 fortis animū cōpant. Pleiadū. plades dictę quę & vergilię. ha-  
 rū tēpestuosus ortus ē. Choro vērō tēpestuolo. Scandēte nubel-  
 ita pugnātē Drusum scindisse dicit hostiū turmas. vt ventus nu-  
 bes vndalq; cōsuevit. Mittere equū. irrūpēdo hostiū cuneos.  
Per ignes. i mediū pugne furorē. Sic tauri. for. oīm fluminū  
 famosorū. vultus cū cornib9 fingit iō tauriformis p impetus p  
 mugitus aquarū. ut corniger hēperidū fluius regnator aq;.  
Qui regna dauni. a rege apulię dauno. Diluuiē. inundationem  
 flumīs viro forti cōparat. pducis laude. vt saxi de vertice tor-  
 rēsternit agros. Metēdo. vt pxiā quęq; metit gladio. Strauit  
hu. f. c. u. sine dāno suorū. militū dicit. Te copias. Augusti auspi-  
 cius Drusum dicit hostē feliciter fuisse. Nāz tibi quo die. feli-  
 citati assignat Augusti Drusi victorię demonstrando añ annos  
 xv. eo die ab Augusto alexādrīę captā q; Drusus videlicet su-  
 pauit. Pōpeit. n. mortē actiaco bello vlt9 August9 ē. Vacuā. s. n.  
 hoste sine dāno. & optatā pactis. i immortalitē & osecōz vī signi-  
 ficat pactis. n. i perit d. uinos etiā honores meruit August9 vt  
 in scdo ep̄az. pnti tibi maturos largimur honores. Turandā q;  
 tuū p nomē ponimus aras. Nō añ. d. nō añ cēsare vict9 pfugus  
 scythes aut sub aquilone iter9 cōstitut9 aut q nūq; in eodē loco  
 cōmaneat. O tutela. Augustū p tutela sic idē alibi res italas ar-  
 mis tuteri. morib9 ornes. pñl August9 potēs siue ppiā. Virg.  
 & vos agrestū pntia numia fauni. Qui c. lat ori. origo. n. Nihil  
 nescit vt gēs i q; iac3 nalcēti cōscia nio. terapid9. gētē fluminū

liadū ortus tempestuosus

ur fluij cū cornibus fingantur

no die augustus apud alexā-  
 driam cepit eodē  
 die quidecim post mos.  
 drusus vindelicos super-  
 uit

Virg

cōmemoratiōe designat. Oceanus britānis. britāni. n. inter fuso  
 oceano a terris oibus sepant vt & penitus toto diuisos orbe bri-  
 tannos. Te nō p. f. g. mortē. n. galli nō pauēt. Duręq; laborosę  
Te cęde gau. sic. bella optantes assidua sicambri q; & germani.  
Venerant armis. pacatis moribus & feritate posita

PORPHYRIO

VE cura patz q; ve quiritū. negat villo senatus popu-  
 li ve ro. obsequio posse p meritis dignos honores inue-  
 niri virtutibus cēsaris quib9 in eternū cōsecret. Per ti-  
tulos memoresq; fasces eternet. fictū verbū est eternet. Quez  
legis exptes latine vindelicū didicere nup. qd marte possis non  
 sic hęc dicit qli ab augusto cēsare vindelicū appellati sunt sed qd  
 drusus exercitib9 auspiciisq; augusti eos debellauerit. Gelonos  
brēnosq; cisalpinę gentes sunt hęc & arces alpib9 impositas tre-  
 medas vt dictū ē itelligam9. s3 hos tremēdos. i. timidos qui eos  
 habitant. Deiecit acer plus vice simplici. vult intelligi inuastā-  
 dis his nō tata illos clade intulisse qta ipsi dederāt s3 duplā hō ē  
 simplici vicē reddēte. Maiores neronū. Ordo ē. Drusus ē maior  
 neronū. hic enī maior natu fuit. Deuota morti pectora libera.  
 elegāter non metuēs mortē liberā ppetuo epitheto dictū acci-  
 pe. Quantis fatiget mimis. hostiū ruinis sc3. Indomitas. ppe qli  
 vndas exercet auster pleiadū choro scandēte nubes impiger ho-  
 stiu vexare turmas. m. qd legitur. cū. n. pdixisset qlis nō intu-  
 lit q; erat gñl talis. s3 ipiger ergo sic totū itelligēdū qli ē auster  
 cū ortu vergiliarū pleiadū cōcitatus cū exercet vndas tā ipiger  
 Drusus hostiū turmas vastabat. Per ignes. ignes nūc p acerrī-  
 mis cōcitatisq; piculis accipe debemus. Sic thauri formis volui-  
 tur aufidus. oia fluminū genera thaurinovultu & cornib9 pin-  
 gunt ppter impetus & fremitū ipsaz aquaz. Cū leuit horrē-  
 dāq; cultus diluuiē minitat agris. male dixit minitat quia in ipō  
 actu e nec d3 cogitare aut cōdiscer id quod iam facit. Primosq;  
extremos metēdo. sic & Virgilius proxima quęq; metit gladio.

Aeterno .as .

Geloni  
Brēni

Virg



Sine clade victor .i. sine suoz clade te cōsilū & tuos p̄bente di-  
 uos hō iō dīr q̄a auspiciis c̄sar̄is h̄c̄ ēgisse dīr. Nā tibiq̄ die . ita  
 euenit vt post annos .xv. Drusus eo die inde r̄hetos vindelicos  
 vinceret qua die August⁹ alexādrīā vicerat. Et optatū pactis .  
 immortalitatē execratione videt̄ significare cū dicat pactis im-  
 perius. Te pfugus scythes . pfugus dīr q̄ nūq̄ eodē loco manet.  
 vñ & nomades dicūtur. Te nō pauētis funera galliē dur̄q̄ tell⁹  
 p̄ zeugnia ex inferiore h̄u accipe debemus. Nō pauētes aut gal-  
 los funera ait q̄a vel ferocia vel vna psualione rursus renascēdī  
 mortē nō timebāt de qb⁹ Lucan⁹ ait . animēq̄ capaces mortis &  
 ignauū rediturē p̄cere vit⁹. Cōpositis venerat̄ armis .i. pacatis

profugus q̄s dicitur

Lucanus

Ad Augustum  
 Oebus volentem prelia me loq  
 Victas & vrbes increpuit lyra  
 Ne parua tyrrhenū persequor

Vela darem tua c̄sar̄ etas  
 Fruges & agros rettulit vberes .  
 Et signa nostro restituit ioui  
 Direpta parthorum superbis  
 Postibus z vacuum duellis  
 Ianum quiri clausit & ordinem  
 Rectum z vaganti frena licentię  
 Iniecit amouitq̄ culpas .  
 Et veteres reuocauit artes .  
 Per quas latinum nomen z itale  
 Creuere vires fama; z imperi  
 Porrecta maiestas adortus  
 Solis ab hesperio cubili .  
 Custode rerum c̄sare non furor  
 Ciuilis aut ius eximet otium .  
 Non ira que procudit enses  
 Et miseris inimicat vrbes .  
 Non qui profundum danubium bibūt

anus grimi clausus

inimicat

Edicta rumpent iulia non gete  
 Non seres infidique perse  
 Non tanam prope flumen orti .  
 Nosq̄ & profestis lucibus & sacris  
 Inter iocosi munera liberi  
 Cum ple matronisq̄ nostris  
 Rite deos prius apprecati  
 Virtute functos more patrum duces  
 Lydis remixto carmine tibus  
 Troiamq̄ & anchisen & alma  
 Progeniem veneris canemus . **ACRO**

**HOEBVS** .i. nō lyra increpuit . s; volētē me p̄lia ly-  
 ra loq hoc ē lyrico carmie p̄h̄ bus increpuit . amoribus  
 . n. aptū ē hō metrū vt cū canerē reges & p̄lia cynthius  
 aurē vellit. Tyrrhenū persequor . p̄ alegoriā significat magnā ma-  
 teriā nō sufficenti ingenio & humili generi carmis nō debere cō-  
 mitti. Retulit vberes . seu q̄a i pace diligētior cultus vberiorē  
 fructū facit . seu quia ipse de⁹ c̄sar̄ faueat frugib⁹ vt ecce dio  
 nei p̄cessit c̄sar̄is astrū . & si qua nō ioui q̄ interfecto crasso cū  
 exercitu a part̄ his August⁹ recepat. Duell . bellis / Ianū . signat  
 oīa p̄ccata sub c̄sar̄ tēplo iani clauso qd̄ belli tpe patere cōsue-  
 uit . Vñ ad significatiōē futurę pacis ait virg . Claudētur belli  
 portę . Euagati frena . vel leges tulit qb⁹ mores regerent. Euo-  
uitq̄ . eiecit remouit vt emotiq̄ procumbūt cardine postes. Et  
veteres reuocauit artes . In his quatuor virtutibus veteres  
 vitę artes esse dicebant . prudentia iusticia fortitudine tēperan-  
 tia has omnes cōstare voluerūt artes & disciplinas . Adortus .  
 vt imperiū oceano famā qui terminet astris iulius Solis . ab ori-  
 ente ad occasum imperiū significat puenisse romanū . vt & q̄ sol  
 inter vtrūq̄ recurrēs respicit oceanus. Nesperio cu . ab occasu .  
Nō furor ciuilis aut vis eximet ociū . Exiget . excludet . Procu-  
dit enses . in cudibus p̄cudit & fabricat. Et miseris inimicat vr-  
bes . inimicas fac . miseris aut̄ tāq̄ bellū faciētes. Daunubiu . gete  
afluuio vt q̄ thyberim fabarimq̄ bibūt. Edita . a nullis gentib⁹

virg

Crassus

virg

INCIPIT LIBER EPODORVM

Ad Mecenate

Bis liburnis inter alta nauium  
Amice pro pugnacula  
Paratus omne cesaris periculum  
Subire mecenat tuo.  
Quid nos quibus te vita supstite

Iucunda si contra grauis  
Vtrum ne rursi persequamur otium  
Non dulce in te am simul  
An hunc laborem mente laturo decet  
Quem ferre non molles viros  
Feremus & te vel per alpium  
In hospitalem & caucalum  
Vel occidentis vsq ad vltimum sinum  
Forti sequemur pectore  
Roges tuum laborem quid iuuenmeo  
Imbellis & firmus parum  
Comes minore sum futurus in metu  
Qui maior absentes habet  
Vt assidens in plumibus pullis auis  
Serpentum allapsus timet  
Magis relictis non vt adsit auxili  
Latura plus presentibus  
Libenter hoc & omne militabitur  
Bellum in tue spem gratie  
Non vt iuencis illigara pluribus  
Aratra nitantur meis  
Pecus ve calabris ante sidus ferudum  
Lucana muter pascua  
Neq vt superni villa candens tusculi  
Circea tangat moenia

Tusculu  
Circey

leges augusti cotem in iulia eni gentē fuerat adoptatus augu-  
stus. Nō gete nō seres inuidiq. p crassum. n. securum de pace p  
suauerant. Profestis. p festi dies dicebatur q an festos dies erat  
Prope flumē orti. scythē. Lucibus. diebus. Inter iocosi. m. l.  
letitiam iubētis. ut adsit letitiē bachus dator. Cuple. cu effecti  
bus deū p cates. Precati inuocantes. Virtute functos more pa-  
rētū duces. inquit optim⁹ parētū pietate venerant inter q̄s au-  
gustus ē. Lidus remixto tibus lidus tibus leta canebant. Phri-  
gus tristia. Tres enī modos habebant thibiaz. ionicū. lydiū. &  
phrigiū. quē & barba. in honorē aut lydioz dictuz quia ipsi  
primi tibus inuenerūt. Troiamq. & anchisen. i honorē augusti  
venerē laudare vult qui ab iuli descendit origine

PORPHYRIO

HOEBVS volētē plia me loqui. qdaz se parant hāc  
odam a supiore s3 pōt illi iūgi qm hic laudes dicūtur au-  
gusti. Phoebus volētē plia me loqui victas & vrbes in  
crepuit lyra. nō lyra increpuit s3 volētē plia me lyra loqui. i.  
lyrico carmine. Ne pua tyrrhenū p equor vela darem. Allego-  
ricos significat ne magna materiam humili genere carmis com-  
mitterē. Et signa nro. restituit ioui signa dicit. quē adempta ro-  
manis interfecto exercitu a parthis Crasso duce August⁹ recu-  
perauit. Ianū quirini clausit. i. pacē ubiq̄ fecit. tūc. n. claudēba-  
tur. belli vero tpe patebat. nam & Virg. volens oñdere ppetu-  
am pacē futuraz sicut ait. claudētur belli portē. Ordo est iniecit  
frena licētē ordinē rectū euaganti. Nō furor ciuili aut vis ex-  
iget ocium. exiget nūc excludet signat quasi ex eo agit vt Te-  
rentius spectande an exigende. Nō ira quē producat enses. pecu-  
dit hoc est fabricat. Et miseris inimicat vrbes. inimicat fictum  
verbum est idest inimicicias facit. Non tam ppe flumē orti. scy-  
thas signat lydiis remisto carmie tybis. Aut tres modos ty-  
biaz eē. ionicū. lydiū. barba. & almē pgeniē veneris canem⁹  
i. getē iuliaz quē a iulio nepote veneris oriunda existimatur.

Explicit Liber Odarum.

lydijs tibus leta canebantur  
phrygijs tristia

Jonicē  
Lydiē  
Phrygiē uel barbae  
Lydiū primi tibus inuenerūt

Virg

Jonicē  
Lydiē  
Barbae  
Tibie



*Chremes*  
Satis superq; me benignitas tua  
Ditavit haud parauero  
Quod aut avarus ut cremes terra premam.  
Distinctus aut perdam ut nepos.

Explicatio Acronis in Epodo Orati

**BIS** liburnis. Metrū iambicū dicitur. pri-  
mus enim versus iambicus trimeter est. se-  
cundus dimeter iambicus. epodon hoc carmē  
dicitur. prim⁹ enim versus maior ē secūsus  
minor. & primus versus epodi. i. p̄cantur  
vel q̄a grece epos carmen dicitur ideo epo-  
don hic liber nominatur quia continuo ter-  
nore primi versus sensus versus sequenti concluditur. huius ve-  
ro metri inuentor fertur Archilochus.

*Plautus*  
**BIS** liburnis. Moecenatē prosequitur euntem ad  
bellū nauale cū Augusto aduersum antonium & cle-  
opatram. Amice pro. ut in muro ita & in nauibus fi-  
unt propugnacula post que dimicantes armati consi-  
stūt. Tuo sub periculo. Vita supstite. p̄ p̄nti posuit. ut plaut⁹  
nemo hic adest supstites. Vtrūne iussi. a moecenate aut a celsare  
ipso enī agitate Oratius ab Augusto meruerat militie vacatio-  
nē quod in iocūdū sibi sine ip̄o cōfirmat. An hunc. s. laborē tecū  
suscipiamus quē molles ferre nō p̄nt. Per alpiū. i. in. b. aut p̄p-  
ter nimia frigora aut inhospitalē inhabitabilē p̄pter mōtis ip̄i⁹  
asperitatē ut inhospita syrtis. Forti sequimur pectore. forti aīo  
methanomicos imbecilles enī se corpe in sequenti diciturus erat.  
Roges. interrogas. Quid iuueni meo. humane mētis ratio ē ut  
p̄ diuersas suspitiōes dilectis plus timeatur absentib⁹. dicit er-  
go q̄ nō comitatu suo imbecillis fortissimū virū posset iuuare.  
s; tñ minorē prius sollicitudinē sustineret. Lucanus ut timere  
sollicitē mētis ostenderet euētus belli sciet vltima cōiunx. Cō-  
mes. s. comes sum. Vt assidēs in plumibus. p. a. apta ē inertium  
cure auiū cōpatio. ille. n. nō relinquūt cura pietatis dū vindicār  
non p̄nt ad lapsus. Magis timet. aut ip̄a incurfus serpētū timet

aut magis pullis relictis timet. Et omne mi. bel. nouz eloquitur  
dixit enī militabit bellū ut pugnā pugno seruitutē seruo. Spez  
gratiz. nō p̄ spe p̄dē sed gratiz moecenatē se dicit nolle deserere  
Ante si. fer. an. caniculares dies. Lucanā. i. nō ut saltus lucanig  
estuos accipia ad q̄s greges vitates estus calabrię transferebā-  
tur. Nec ut supni. alti in superiori positi. Villa cades tusculi. aut  
p̄ altitudine vniosa aut marmoribus compta. Circa tan. moe.  
Thelogonus. n. crices filius tusculū cōdidit. aut circa moenia  
.i. volo continuare agros tusculanos vsq; ad circeū. Benignitas.  
liberalitas. Haud parauero. acquisiuero & ē p̄nūciatiū futuri  
tōis ut docuero orauero. Virg. Donec me flumie vino abluer  
ro Vt cremes terra premaz. nomē i theretio diuitis & tenacis. *Virg.*  
Distinctus. dissolutus. ut Maltinus tunicis dimissis ambulat.  
Nepos. luxuriosus negligēs

Explicatio Porphyrius in Epodo Orati

**BIS** liburnis inter alta nauiaz amice pro  
pugnacula. hic liber epodus inscribitur. i. q̄  
ita versus i eo ordinati sunt ut singulis qui-  
busq; clausule sue sentētia. Clausulas aut ly-  
rici appellant quasi p̄ci. sos versus integris  
subiectos qualis ē secūsus amice p̄pugna-  
cula & deiceps alterni q̄bus tertia ps deest  
quo minus sint p̄cedētibus similes ip̄i sequētes q̄s merito belli-  
nes clausulas appellant αλ λ ω σ τ ο. enim tertia ps opus est ut  
interfiat. Ibis liburnis inter alta nauū amice p̄pugnacula. non  
videtur verecudie Orati cōuenire ut amicū se mecenatis dicat  
cū clientē debeat dicere nūquid sit ordinanda p̄brasis ut amice  
c̄saris intelligamus & ideo c̄saris accipiēdum erit ut similiter  
amicus c̄saris mecenatis ibis liburnis paratus piculū c̄saris tuo  
periculo subire. Quid nos quibus te vita supstite. Iocūda si con-  
tra grauis. posuit p̄ticulam si sed semel abūdat melius enī si loq-  
retur quibus te supstite vita iocūda ē si contra grauis est er-  
go verbū extrinsecus accipiendū ex eo sit ut plena fiat elocutio  
grauis & .i. supstite cōtraria. Vtrū ne iussi p̄sequemur otū. iussi

Clausule

a te aut nunq̄ a cesare dicitur enim cesar augustus dedisse Ora-  
 tio laborē / Mente laturo decet quē ferre non molles viros fe-  
remus. Sensus aut est hic aut nunq̄ animo laboraturū p̄ absentiaz  
 tuam suscipimus & corporis laborē te cū eundo . corporis enim la-  
 bor vult esse non molliū viroz. Comes minore sum futurus in  
metu Qui maior absentes habet. Sensus ē si comes sū minorez  
 metu patiar qui semp̄ absentib9 ē & attende a singulari numero  
 ad pluralē trāsītū fecisse nūc. Vt assidens in plumb9 pullis auis  
Serpentū allapsus timet. Attēde elocutionē illis timet p̄ datū  
 uum casum non p̄ illis timet sic & Terētius syre tibi metui ma-  
 le. Non ut adsit auxiliatura plus. adsit pluribus sic verbū hic  
 deest & si pticula quia ordo & sensus hic est non ut plus auxili-  
 p̄ntibus sit latura adsit. Pecus ve calabris ante sidus feruiduz  
Lucana mutet pascua. ambigua quidē elocutio est sed cū ante si-  
 dus feruidum dicat & calabriam manifestissimū sit calidam esse  
 apparet eum hoc dicere non ut pecus an̄ feruidissimū ē statis tē-  
 pus ex calabris in lucaniam transeat. Circea tangat mēna. Tus-  
 culum intelligēdum quia thelogonus circes & vlyxis filius hō  
 oppidum cōdidit. Sensus ē autem at neq̄ in tusculano possideā  
 villā quē ibi edificia habeat vsq̄ ad ipsam urbem. Satis superq̄  
benignitas tua ditauit. Donatum sibi in sabinis fundum ad amē-  
